

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS NUNC PRIMUM EDITA

EPISTOLAE MIXTAE

70109

AD LECTOREM

Quod multorum jamdiu expetebatur votis, benigne lector, ut *Epistolarum Mixtarum* corpus ad edita *Chronici Patris Joannis Alphonsi de Polanco* volumina adjungeretur, id tandem, postremo hoc edito volumine, quod quintum est hujusce seriei, conficitur atque completur. Hoc enim epistolas, quae ex diversis Europae locis Romam missae a sociis fuere ad finem usque 1556, exhibit. Visum autem est non debere nos ad posteriora tempora excurrere, cum neque Polanco in suo *Chronico*, neque *Litterae Quadrimestres* (quae opera arctissimo vinculo cum nostris epistolis continentur atque unum quodam modo conflant), ultra illius anni occasum progrediantur.

Jam, praesens volumen in duas potissimum partes dispescitur, quarum altera quidem epistolas continet a mense Octobri 1555 ad finem 1556; altera vero, quam supplementum totius operis merito dixeris, monumenta complectitur, partim olim praetermissa, partim nuper inventa, quae tamen ad idem argumentum tempusque, a nobis initio praefixum, referuntur. Hujus vero supplementi causa duplex est. Nam in tanto epistolarum numero fieri non poterat quin plures, quas penes nos habebamus, epistolae in scriniis delitescerent, praesertim si illae scriptionis die carerent, nec cui tempori tribuendae essent prudenti conjectura, nisi reliquis omnibus conspectis, perspicere possemus. Praeterea, quae altera supplementi causa est, novis accessionibus viri plures etiam nostrarum epistolarum thesaurum locupletavere. Etenim hoc usuvenire scimus, ut evulgatis ab aliquo litteris, recordentur homines, qui easdem legunt, se etiam in tabulariis suis reposita habere monumenta, quae de ea aut simili re agant. Quod cum in re nostra contigisset,

plures, qui scripta habebant, quae ad epistolas, a nobis *mixtas* usitato nomine appellatas, jure ac merito referuntur, haec pro sua humanitate nobiscum communicaverunt.

Hinc quam amplam cum ad hanc, tum ad alias nostrorum monumentorum partes, supellectilem comparaverimus, dum publicas ac privatas in Hispania ac Lusitania, in Gallia et Belgio, in Italia denique ac Germania bibliothecas exploraremus, necesse non est ut pluribus dicamus; neque enim id nos vendicare decet. Illud certe aequum est, ut tam nostratibus quam exteris gratias, quam possumus maximas, referamus, cum ob scripta commodata nobis, tum etiam, quod longe majus est, ob eorum sapientissima consilia, quibus usi et adjuti sumus. Quod si eorum virorum, de nostris MONUMENTIS optime meritorum, modestia prohibet plura a nobis dici, condonabunt saltem Patres Franciscus Ehrle, Petrus Tacchi Venturi, Angelus Manganotti et Joannes Baptista Van Meurs, si ipsorum nomina in hoc loco, ad gratum animum significandum, exstare voluerimus.

Sed ad epistolarum argumenta gradum faciamus.

I.

Epistolae a mense Octobri 1555 ad 1 Januarii 1556.

Sunt numero 38. Inter quas speciali mentione dignae censentur, quae sequuntur.

Bononiensis, 19 Oct. a Francisco Palmio data, in qua de rebus domesticis, de pueris, Societatis scholas frequentantibus, de vietiis, quae in civitate grassantur, quaeque corrigi deberent, agitur.

Mamertina P. Hieronymi Domenech, provinciae siculae praepositi, 20 Dec. scripta, in qua multa de collegiis ac sociis totius provinciae, multaque de Joanne de Vega ac hujus liberis exponentur.

Morbenienses, 17 et 18 Nov., quibus Societatis alumni ad excolendam illam rempublicam postulantur.

Coloniensis, 27 Oct., qua docemur civitatis consules rem catholicam fortiter, adversus crescentes haereticorum impetus, tueri; amicos autem Societatis, ut haec stabile ac proprium Coloniae domicilium habeat, efflagitare.

Lovaniensis, 30 Oct., in qua Adriaenssens statum ac conditionem sodalium, ad rem familiarem quod attinet, exponit.

Viennensis, 3 Nov., in qua P. Nicolaus de Societatis gymnasiiis, Pragae atque Ingolstadii instituendis, de misero religionis statu in Austria, de Maximiliano, rege Bohemiae, novatoribus morem gerente, denique de Bto. Canisio aliisque socii ad Ignatium scribit.

Hispanorum epistolae hujus temporis plures habentur.— Exagitata nuper fuerat Societas saevissima tempestate Caesar-augustae, usque adeo, ut socii, solum vertere compulsi, Pedrolam, oppidum comitum de Rivagorza, Francisci Borgiae fratum, confugerint. Doluere id optimi quique, atque in primis Joanna princeps, quae pro fratre suo, Philippo II, clavum rei publicae tenebat. Rerum seriem universam epistolae in superiore volumine contentae satis superque explicant, motum scilicet adversariorum Societatis, nostrorum abitum ex urbe, et, agente omni nisu Joanna, ipsorum in suas aedes plenam honoris reversionem. Cum vero inter alia edixisset princeps, ut antistitis vicarius, Lupus Marco, abbas verulensis, qui inimicorum Societatis caput esse ferebatur, ad curiam accederet, rationem de factis redditurus, idque ille maxime reformidans, moras ex moris trahens, exsequi in dies cunctaretur, Aragoniae proregi Joanna, 28 Oct., verbis gravissimis scripsit, jubens Lupum Marco Vallisoletum sine ulla tergiversatione adire, sese de re tota purgaturum.—Sodales autem, etsi maximo honore Caesar-augustam revocati fuerant, et in adjuvandis proximis bene tempus et operam collocabant, non tamen omnino pace ac tranquillitate eos ea in urbe frui docent *caesaraugustanae* sociorum litterae et responsio ad libellos quosdam contra Societatem ibidem sparsos, 1 Nov.

Aliam, multo laetiorem, faciem ostendunt litterae a P. Francisco de Villanueva diversis ex locis missae. Nam.

Placentinae, 15 Oct., et *vallisoletanae*, 20 Nov., incrementa collegii, quod magnificus Gutierrez de Vargas, episcopus, regio sumptu Placentiae moliebatur; *conchensis* vero, 31 Dec., acta cum Alphonso Ramirez de Vergara, Societatem ingredi cogitante, explicant.

Complutensis epistola Patris Emmanuelis Lopes, 23 Oct., de

collegio, quod siguntini cives in sua urbe ponere jam tunc temporis volebant, diligenter agit.

Septimancenses litterae Joannis Mosquera de Molina, magnae auctoritatis viri, atque aliae Patris Petri Domenech, 30 Nov., de constabilienda domo, de animorum fructu ex nostrorum in ea commoratione percepto, disserunt.

Murcianae in primis laudandae antistitis Stephani de Almeida, collegii conditoris, 2 Oct., quibus eximia animi demissione se collegiumque suum Ignatio commendat; et Patris Joannis Btae. de Barma, qui plura cum de collegio murciano, tum de universa Aragoniae provincia, quam suscepserat moderandam, tradit, 23 Nov.

Cordubenses denique baeticae Societatis provinciae statum declarant, cui praepositus renuntiatus est P. Bartholomaeus de Bustamante. Hic, 30 Oct. et 30 Nov., cursum nostrarum rerum Cordubae (ubi tirocinium illius provinciae initio constitutum est), Hispali, Montuliae paucis perstringit, plura proximo anno dicturus. Ad cognoscendas item res Societatis in Hispania conferunt litterae Patris Antonii de Cordoba, 1 Nov. datae.

E Portugallia Pater Miron, 15 Oct., initium scholarum narrat, eloquentissima Perpiniani oratione in regio conimbricensi gymnasio factum, quod adstantium gratulationes comitatae sunt.—Ipse autem, regendae provinciae magistratu functus, tractanda gubernacula Michaeli de Torres commisit, qui in Portugalliam arcessitus, ut esset reginae a confessionibus, utrumque munus obire jussus ab Ignatio est. Quid autem de se judicet Torres, deque provincia sibi tradita, aperit suis litteris, 4 Nov.

Alia praeterea exstat *olisiponensis* epistola, sive sacrae inquisitionis testificatio de Societate Jesu, 19 Oct., a Petro Alvarez de Paredes subscripta. Haec porro una e multis est, quae, rogante Ignatio, Romam ex diversis ac dissitis Europae partibus missae sunt, ut eisdem Societas adversus notissimum parisiensis academiae decretum, si opus esset, posset suo tempore uti.

Atque haec de epistolis anni 1555, quae in hoc volumine habentur.

II.

Epistolae anni 1556.

Numērantur plus minusve 160. Eae, maxima ex parte, Societatis progressiones, nonnumquam etiam casus adversos, saepe populorum civiumque vota, collegia aut stationem sociorum de- poscentium, exprimunt. «Vna in Italia» inquit Orlandinus, «ut omittam minūs nobiles ciuitates ac populos, Brixenses, Aretini, Asculani... Callienses, Spoletini... tendebant supplices manus, et prolixè omnia pollicebantur: quibus tamen satisfactum non est, partim ob Sociorum paucitatem, partim quòd stabat Ignatio, quantum liceret, Collegia non instituere, vbi iustum familiae corpus haberi non posset. Amerinis tamen in Vmbria, ac Senensibus in Hetruria... fuit aliiquid indulgendum»¹. Porro litterae, quibus haec vota significantur, infra reperiuntur, nunc primum a nobis editae, suntque *asculanae*, 13 Jul.; *callienses*, 17 Maj.; *spoleinae*, 23 Nov.; *amerinae*, 23, 29 Sept.; *senenses*, 11 Mart., 23 Apr.—Quibus adjungendae sunt iterum *morbennenses*, 16 Mart.

E litteris vero sociorum, qui oppida Italiae sacris excursionibus lustrabant, praeter *lauretanis*, 27 Jan., 13, 31 Jul. datas, praecipua memoria dignae sunt illae, quas P. Emmanuel Gomes de Montemayor, lusitanus, scripsit, 1, 18, 23 Aug., quibus fructus abunde collectos narrat; necnon quas Fulvius Androtius, Meldulam cum Joanne Ignatio in gratiam Leonelli Pio di Carpi missus, Ignatio, Polanco ac *Lainio* dedit, 4, 31 Maj.; 15, 17, 30 Jul.; 5, 11, 25 Sept.; 6, 24 Oct.; quo tempore «ingenti relicto apud summos et infimos desiderio sui, Senas translatus est, ad nascentis ibidem Collegij firmamentum»².

Ludovicus autem de Coudreto, florentinis sodalibus praefectus, Aretium, Cortonam finitimasque urbes peragrat ab amicis invitatus, magno animorum lucro, adeo ut eo permoti cives Societatem apud ipsos consistentem vellent, 22 Febr.—Longiores

¹ *Hist. Soc. Jes.* p. 1, lib. xvi, n. 3.

² *Hist. Soc. Jes.*, l. c., n. 13.

nimis essemus, si omnium epistolarum argumenta percurrere vellemus. Neque vero id admodum necesse est, cum statim ipsae epistolae exhibeantur; v. g. ex *perusinis*, 2 Febr., 6, 20 Sept.; ex *florentinis*, 21, 22 Febr., 7 Mart., 31 Oct., 21 Nov.; ex *ferrariensibus*, 21 Aug.; ex *bononiensibus*, 12 Nov.

Neapolitanae autem, quae plures sunt, varia omnino argumenta tractant. Etenim, 26 Jan., Alphonsus Samano, episcopus designatus, enixe ab Ignatio poscit in Societatem cooptari; 21 Mart., Octavianus Cesari, adolescens neapolitanus, in Sicilia nostris adjunctus, de quo satis multa in superioribus voluminibus, flagrans nunc etiam Societatis studio, e domo paterna, quo invitus migraverat valetudinis reficiendae causa, in neapolitanum collegium, laetitia gestiens, se brevi convolaturum dicit; qui tamen, 31 Maj., dejectus e sua sententia, infirmam valetudinem causatus, extra Societatis septa et solitus sacramento religionis, quo adstrictus fuerat, vivere statuit.—18 Jun. Hieronymus Vignes, turbari res Societatis Neapoli gemina de causa, docet; at paulo post, 29 Jul. ac 1 Aug., Julius Pavesius et Christophorus de Mendoza amplissimum in neapolitana urbe collegium Societati committendum primores civitatis decrevisse significant; quae res sancti Ignatii obitu intercepta est.

Sicula provincia florebat in dies magis, eam moderante Hieronymo Domenech, eidemque maxime faventibus Joanne de Vega, prorege, ejusque liberis. Quorum in Societatem promerita, adeo splendida et multa sunt, ut praetermitti a nobis nullo modo possint. De quibus ad hunc locum Orlandinus: «Iam ipse Prorex advocandae in Siciliam Societatis auctor fuerat, Messanaeque constituendae: Eleonora Osoria, eius vxor, Panormitanum Collegium promouendum suscepserat: Suerus, horum filius, Ferdinandi minor frater, Syracusis (cui ciuitati praeerat) collocarat: amborum germana Isabella, Dux Bibonensis, in oppidum suum Bibonam adduxerat. Ergo Ferdinandus quoque faciendum sibi putauit vt Catanam, suam in praefecturam, accerseret. Adeo cum viro coniux, cum parentibus filij, interque se fratres ac soror studio erga Societatem Siciliamque certabant»¹. Videantur epistolae messanenses, 7 Jan., 19 Febr., 24 Dec.; panormi-

¹ *Hist. Soc. Jes.*, p. 1, lib. XVI, n. 18.

tanae, 24 Nov., 29 Dec.; drepanenses, 30 Nov., 28 Dec.; catalanensis, 23 Apr.; bibonenses, 7, 13 Jun.

In Germania superiore provincia Societatis sub Canisio praeposito constituta est. Quod regendae provinciae munus cum ille prae animi demissione refugeret, meritas retulit de suis virtutibus laudes, 13 Jul.; non tamen onus, humeris impositum ab Ignatio, declinare potuit. Gemina collegia condita etiam sunt, pragense alterum, alterum ingolstadiense, de quibus videantur epistolae, 14 Maj., 24 Oct., 28 Dec.

Coloniae quoque, cum socii hactenus conductitia domo, nec eadem admodum ampla, uterentur, Societati collegium, cui nomen «Trium Coronarum», attributum est. Hinc exstant litterae, 25 Oct., 5 Nov., 1 Dec. -

Lovanii praecclare socii rem gesserunt, totisque viribus adlaboratum est, a Rivadeneira praecipue, ut Societas Belgio recipereetur. Placuit tandem divinae bonitati sociorum votis, in primisque Ignatii, annuere.— Sed haec plenius suo loco, cum epistolae Rivadeneira, si Deus opem ferat, in lucem mittentur. Interea vero videantur infra Adriani Adriaenssens litterae, 22 Oct., 28 Nov., 11, 24, 30 Dec.

In Gallia etiam, evanescētibus paulatim, quae aditu Societatem prohibebant, sententiis, in christianissimum regnum nostri homines ingressi sunt, ac Billomi coeperunt docere in collegio, quod magno studio nec minore liberalitate Societati condebat clarissimus Gulielmus du Prat, claromontanus antistes. Qui quidem suis ad Violam, sociorum coloniae caput, humanissimis litteris eorum sibi adventum gratulatur, necessariaque omnia pollicetur, 1 Aug.; Robertus vero Clayssonius et Hieronymus le Bas nobilissimam urbem et circumiacentia oppida, qua orationibus habitis ad populum, qua editis vitae exemplis mirifice excolunt Societati conciliant. Etenim «Hieronymus, muneribus issiodorensium ciuium cum prudenti humilitate refutatis, fragrantissimo Societatis odore in ea vrbe disperso, Claromon tem, xenodochium iterum suo more administraturus, ad aedes domini cancellarii reuersus est: cuius quadragesimales conciones frequentior auditorum turba exornauit, quam ullius alterius ecclesiastae annis antehac viginti quatuor... Quadragesimam praeteritam... cum fructu animorum haud poenitendo, et admi-

randa auditorum frequentia, Christo duce, Biliomi peregi [Clayssonius]. Ad dominicae passionis enarrationem, quinque, vt minimum, hominum millia confluxisse feruntur... Non pauci vtriusque sexus nobiles ea nocte in hac vrbe concionis gratia pernoctarunt. Certe lachrymae atque suspiria internum animi affectum prodebat palam... Montanis incolis, ambertinis, arlascensibus, blelensibus caeterisque post ferias D. Johannis Baptistae, precibus eorum victum me, atque episcopi imperium cernens, fidem promissam praestabo. Certe cogor assensum negare multorum precibus, vt paucis faciam satis». Haec Clayssonius, 21 Apr.—Incunabula autem collegii, scholarum ordinem, magistrorum numerum, puerorum denique frequentiam tradunt epistolae 12, 13 Aug., 11 Nov.

In Hispaniae provinciis navicula Societatis aestu flatuque secundissimo provehebatur, non ita tamen ut aliquando, quibusdam in locis, adversis non obluctaretur fluctibus. Et in curia quidem, ubi optimates ferme omnes, ac prae cunctis princeps Joanna, Societatem amabant suspiciebantque, Mag. Cano ab antiquo detrahendi nostratibus more non discedebat, libereque admodum de romano pontifice obloquebatur. «Paresce que el bendito» inquit Araoz, 24 Febr., «arbitratur se obsequium prestare Deo, en tomar á pechos el contradezir y expugnar á la Compañía..., diciendo que el papa puede errar en la aprobación de las religiones, y que ay muchas religiones aprobadas, que son perniçie de la iglesia... No tiene él tanta auctoridad, aunque la tenga mucha, que lo que trata de la Compañía me dé sombra de pena; sólo la tengo por lo que dizan que trata con libertad de la auctoridad del pontífice. El confessor de la princessa ha advertido al nunzio para que saque esto en limpio, specialmente cierta plática que hizo en el cabildo de Segouia, de la qual quedaron muy alborotados, y es cosa pública, y scribieron lo que dixo.» Dictis Patris Araoz suffragatur Tablares, 10 Febr.—Qui quidem agens rursus, 29 Apr., de lectionibus Melchioris Cano in epist. Sti. Pauli *ad Timotheum* e suggestu habitis, plurima colligit bona inde in Societatem redundantia, quibus enumeratis, concludit: «Dígolo para que V. P. lo mande encomendar mucho á Dios, aunque no como á deuoto, pero como á bienechor nuestro. El Señor se lo pague con particular

gracia y don de interpretar la sagrada scripture.» Et paucis interjectis, subdit: « De otras muchas partes hazen instanzia grande por colegios, como es de Sigüenza, de Madrid, de Truxillo, de Oropesa, de Ocaña, del obispo de Huesca y de otras partes, que por agora no se puede acudir á todos; sy no fuese que el Mtro. Cano començase á leer otra epístola, que entonces con fauor del Señor avría sujetos para todos.»

Ludovicus de Calatayud opprimebatur etiam a suo toletano praesule, Siliceo: «Io [he] estado preso en Toledo quasi tres meses, y vn día en la cárcel pública con grillos, aviéndome antes jntimado mandamientos con graves censuras y penas pecunjarias para que no vse de la contratación echa con la Compañía», 22 Jan.; de qua re videantur etiam epistolae 13 Jan., 28 Apr.

Hispali etiam commotus in Societatem est Ludovicus de la Cruz, qui, cum prius eam prolixè dilaudaret, postea, quia id non cesserat e sententia, nec, quod laudibus illis cupiebat, consequebatur, ex amico factus est adversarius, 7 Mart.

Contra vero carthaginiensis ac placentinus antistites Societatem omni studio fovebant. Et ille quidem non solum suo Murciae collegio magnifice aedificando totus intentus erat, sed nostrorum etiam opera, cum in lustranda dioecesi, tum in compendis, quae propius ad se spectabant, perpetuo utebatur. Ignatio sic erat addictissimus, sic ei fidebat, ut causam hispanorum antistitum apud pontificem maximum eidem vellet commendatam, 10 Mart.; Barmam, collegii moderatorem, quem suae conscientiae arbitrum delegerat, a quo pendere illum dices, quasi filium a suo parente, Murcia discedere non est passus; nec id tandem concessit, nisi aegre admodum et repetita prece, 6 Jun., 9, 30 Nov., 14 Dec.—Placentinus autem episcopus nec sumptui parcere in collegio exstruendo, nec modum sibi statuere in diligenda Societate poterat, 1 Maj.—Uterque enim cum aliam prius tenuissent vivendi rationem, a pristina consuetudine ad immortalia consilia revocati, sanctorum vestigiis insistebant, et quae a Deo acceperant bona, profusa liberalitate in commodum suorum civium largiebantur. Agunt de his epistolae nostrae saepe. De placentino sic laudata epist. 1 Maj.: «Tiene cada día en su puerta ciento y cinquenta pobres. Paresce que va nuestro Señor edificando en él spíritu, como él va edi-

ficando la casa. Esto por estas partes es cosa de grande edificación en el obispo de Placencia: agora dizen sus ouejas que conocen pastor, etc.»

Nec his cedebat, ut praetereamus caeteros, clarissimus granatensis praesul, Petrus Guerrero, «el qual querría que todo su arçobispado estuviese lleno de gente de la Compañía», 29 Jan. Verbis dici non potest qua charitate socios complecteretur, aedes illis pararet, aleret eleemosynis, contra adversarios tueretur. Audiatur Bustamante, Baeticae provincialis: «Yo estaua de partida para Marchena... El señor arçobispo á la sazón cayó enfermo, y quiso confesarse generalmente conmigo; y pareciéndome que en tal caso la obediencia me mandara esto, me detuue, y le confesé y administré el sanctíssimo sacramento de la eucaristía, diciéndole misa en su casa algunas veces durante la enfermedad... Dexáuame por testamentario; y diciéndole yo que no lo podía ser, replicó que me dexaría nombrado, y que si V. P.^t no lo tubiese por bien, que en tal caso succederían los demás.» 30 Mart.—Eo plaudente, cordubense tirocinium Granatam translatum est.

Aliae sociorum epistolae proferuntur. Inter eas habentur *complutenses*, 25 Mart., 28 Apr., 27 Oct., 26, 30 Nov., 13, 27 Dec.; *caesaraugustanae*, 23 Nov., 15 Dec.; *barcinonenses*, 1 Oct., 2, 30 Nov., 29 Dec.; *cordubenses*, 27 Apr., 30 Jun., 31 Jul., 31 Aug., 10 Sept., 30 Nov., 31 Dec.; *hispalenses*, 27 Nov., 16 Dec.; et *granatenses praecipue*, 29 Jan., 7, 30 Mart., 31 Aug., 30 Nov.; quibus cursum rerum suorum collegiorum, aliaque ad nostros spectantia, sodales attingunt.

Paucas numero e Portugallia edimus, quae tamen florentem illius provinciae statum Olisipone, Eborae, Conimbricæ, ante oculos ponunt. Provincialis Michael de Torres, reginae audiendis confessionibus occupatus, non, ut par erat, lusitanæ provinciae domos ac collegia pro officii sui ratione lustrare poterat. Id praestitit solerter quidem ac diligenter Ludovicus Gonçalves da Camara, qui cum lectissima sociorum manu Roma visitator venerat. Qui admodum gavisus est, cum lusitanos vidiit ad ampletenda ea, quae Romae fiebant, animo promptissimos, 7, 20 Apr., 22 Maj., 31 Jul.—Alia praeterea Michaelis de Torres editur epistola, 4 Nov., quae de provinciali coacta con-

gregatione, deque sociis ad generalem totius Societatis conven-
tum mittendis, agit. Sed res haec nos compellit ad tractanda ea,
quae pro sua magnitudine ad hujus proloquii calcem rejeceramus.

Igitur 31 Julii mensis Romae beatissimus Pater Ignatius, meritis in Deum et in universum hominum genus cumulatus, ad vitam nullis morituram saeculis transierat. Nuntiatus illius obitus per universam Societatem: Romae vicarius generalis electus Lainez. Mandata dantur sociis ut parentur illi, ad quos spectat, ad futuram Ignatii successoris electionem. Res in dis-
sitas provincias sero per tabellarios delata, Barcinonem 13 Se-
ptembris pervenit, alio aliis diebus. Quinam autem fuerint soda-
lium post Ignatii obitum sensus, recte declarat Sacchinus hisce
verbis: «Quamuis tanta perculsi calamitate, nequaquam se or-
batos ac destitutos crediderunt... Quod sanè qui scriptas conti-
nuè litteras post cognitam Ignatij migrationem è prouincijs, ac
prope domicilijs omnibus euoluat, animaduertet non Romae
solùm vsu venisse; sed latè vbique terrarum. Omnes enim hunc
ferme in modum nunciant: Audita Beati Patris abitione, singu-
lis vulgò Sociorum cum insolito quodam diuinæ consolationis
gusto nouam constantiam accessisse, nouumque ardorem, tum
ad consecrandam seriò virtutem, ac præcipuè ad vitæ formam,
ab Ignatio traditam, quam diligentissimè conseruandam; tum
ad communia Societatis, reique totius christianæ procuranda
commoda. Confidere omnes nunc demum bene Societati fore;
nunc ejus institutum fixum ratumque mansurum, nunc eidem
robur ac firmitatem contra quosquis aduersantium impetus affu-
turam; nunc demum secundo cursu propagatum iri latissime.
Quo è sensu animorum concordi atque communi licebat sine
dubio sentire, Ignatium, quo meliore tum vita fruebatur, eo
vberiorem, magisque vitalem spiritum, ex augustissimo Christi
fonte haustum, quasi vegetum caput in membra diffundere.
Quod magis deinceps magisque comprobauit rerum euentus»¹.

Haec Sacchini verba, adductis bene multis sociorum testimo-
niis, quae in nostris epistolis exstant, possemus confirmare.
Plures enim de eadem re agunt. Verum sufficiat unum in me-
dium proferre, Patris Joannis Gesti, qui i Oct. Barcinone

¹ SACCHINUS, *Hist. Soc. Jes.*, p. II, lib. I, n. 35.

Lainio scribit: «A los 13 del mes passado recebimos la del P. Mtro. Polanco por comisión de V. P., en que auisa del glorioso tránsito de nuestro Padre, que para nosotros, como somos avn muy carnales, ha sido la más triste nueua que se nos podía dar, hauiendo tanta razón de nos alegrar y consolar, por verle fuera de tan continuos trabaios, y por la certitud que nuestro Señor nos da que está en el cielo gozando del premio dellos, de donde muy mejor podrá regir y gouernar estos sus hijos, que de la tierra, y su grande zelo será allá más eficaz en procurar la salud de las almas, que nunca haya sido acá. Y plega á nuestro Señor que en esto se muestren todas las marauillas y milagros que su diuina magestad en la muerte de algunos santos suele manifestar, como ya aquí algunos lo han notado, viendo claramente más motión en las almas del Julio acá, que en todo el tiempo que la Compañía ha tenido aquí casa. Y se vee que esta ciudad cada día se va más preparando para poder hazer mucho fruto en ella, porque ya no tenemos aquella contradiccion que teníamos, ni hallamos aquella indignación que solíamos en los más, antes muchos nos muestran mucha benevolentia y amor».

Id ipsum cum in aliis, tum praecipue in recipienda Belgio Societate visum est. Sed haec, aliaque id genus, ipsas epistolas voluntanti jucundiora erunt.

Igitur de epistolis, in hoc volumine contentis, satis. Liceat nunc ad finem totius operis properantibus, huic praefatiunculae modum imponere eisdem, quibus in prooemio primi voluminis usi sumus, verbis, cum *Epistolas Sti. Ignatii et Litteras Quadrimestres* cum nostris *Mixtis* compararemus: «In Ignatii epistolis eluent sanctissimi Patriarchae prudentissima consilia, suprema ratio, primus agendi motus. Videre est in epistolis mixtis quo pacto Fundatoris voluntas in actum deduceretur. Postremo litterae quadrimestres fructus ostendunt laetissimos, quos et Ignatii gubernatio et filiorum obedientia in Ecclesia Christi ferebat. Ubi haec aliaque eorum temporum monumenta edita fuerint, speramus primaevae Societatis Jesu historiam solidum fundamentum habituram»¹.

¹ *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 10.

1041

GASPAR LOARTE

[PATRI IGNATIO DE LOYOLA]

GENUA 2 OCTOBRIS 1555^{1.}

In mediis fluctibus, dum piae lectioni vacat, Loarte caelestes sensus de obedientia haurit.—In reliquo vitae curriculo se praepositis obtemperaturum esse, dicit, novasque in agendo rationes initurum.

Jhs.[†]

Muy Rdo. Padre nuestro in Christo. Pax Christi, etc. Desde Florencia escreví (como V. P. me mandó) de lo que hasta entonces nos avía acaescido por el camino; y ansí aora, obedeciendo el mismo mandamiento, diré breuemente lo que desde aquella cibdad á esta pasamos. Y fué que, partiéndonos de Florencia el domingo en la tarde, venimos á Pisa martes á comer, adonde estuvimos todo el miércoles esperando pasaje por mar; y ansí yo tuue lugar de hazer el miércoles, lo mismo que el miércoles pasado avía hecho. El jueves nos embarcamos, y estando en la mar parados, esperando buen tiempo casi todo aquel día, quiso nuestro Señor por su misericordia abrirmé los ojos, estando leyendo un libro de san Juan Clímaco, para que conosciese lo que nunca abía ansí conocido en la tierra, de la obediencia; lo qual si su magestat es seruido de conseruar en mí, lo estimo en más que quanto ai en la mar ni en la tierra. Finalmente allí se me convertieron mis angustias pasadas en gozo, y entendí más claro que nunca algo del corazón de V. P. para comigo en todo lo pasado, lo qual deshizo los nublados de tristeza y desconfiança con que salí de Roma, que aun no eran del todo pasados, y vine muy contento y con buen tiempo á esta cibdad en 24 horas ciento y veinte millas, adonde fuimos con mucha charidad y alegría recibidos de todos, y la mía se dobló con las cartas de V. P. que recebí, adonde entendí por expe-

¹ Ex autographo in vol. F, unico folio, n. 35, prius 188.—Adhibuit hanc epistolam POLANCO, t. v, pag. 113, n. 311, qui non videtur magni facere rem, de qua se Gaspar Loarte accusat. Sic enim exorditur: «Profectus fuerat Roma P. Loarte cum aliqua animi afflictione; sed cum Pisis in mari perturbato aliquandiu substitisset...» etc.

riencia algo de lo que en la mar el Señor me dió á conocer. El día siguiente que aquí venimos yo me confesé con el P. don Baptista Viola, y le dixe todo lo que en Roma avía pasado á mi partida, ansí de mi culpa como de mi penitencia, y todo lo demás que V. P. mandó, y él finalmente me dixo que no sabía nada de aquello, ni quería mudar nada de lo que estaua ordenado, sino que yo tuviese el oficio de rector, y me avisó de lo que conuenía que yo hiziese: lo qual confío en nuestro Señor que yo haré muy enteramente, y que no le daré fastidio ninguno, ni á V. P. podrán ir en este caso de mí malas nuevas, porque me es, cierto, más gustoso y seguro el obedecer que el mandar, puesto caso que lo uno y otro e hecho mal hasta qui; mas yo espero que de aquí adelante recedent vetera, et erunt noua omnia, para lo qual me serán gran ayuda las oraciones de V. P., y ansí las pido con mucha instancia por amor de Jesuchristo, el qual guarde á V. P. muchos años, como todos avemos menester¹. De Génova á dos de Octubre de 1555. De V. P. indigno hijo y sieruo en Christo,

GASPAR LOARTE.

Inscriptio: Jhs. Soli Patri nostro.

Alia manu: R.^{ta} alli 8 del medesimo.

1042

STEPHANUS DE ALMEYDA

EPISCOPUS CARTHAGINIENSIS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

MURCIA 2 OCTOBRES 1555².

Cum magna grati demissique animi significatione murcianum collegium Ignatio commendat, cuius virtutes, Societatemque ab eo conditam, mirifice laudat.



Muy Rdo. in Xpo. Padre. Algunos días a que tengo deseada esta ocasión de screuir á V. P. A sido nuestro Señor seruido

¹ Recte suo munere Patrem Loarte functum esse, tradit POLANCO, t. v, pag. 110, 114, n. 301-311. Virtutes autem, quibus in toto vitae suaे curriculo Gaspar eluxit, enarrant, qui ejus vitam conscripsere Nieremberg, Ale gambe, Tanner aliisque.

² Ex originali in vol. *Epist. diversorum*, duplici folio, n. 109, prius 405.

offrescerla y encaminalla tan grande, que ya no se puede llamar ocasión, sino obligación. No lo era pequeña la común y general que todos tenemos de tener quenta y de seruir á los que con la verdad, pureza y diligencia que se deue siruen al Señor y criador de todos; mas su diuina bondad a tenido por bien añadirme á mí otra muy particular, con me auer dado su fauor y gracia para le offrescer en recompensa de los deseruicios causados por mi tibieza y negligencia, y para descargo de mi cargo, y ayuda de sus redémidos, este pequeño seruicio, que es vn collegio desta sancta Compañía, para cuya plantación eligió á V. P. por instrumento, aviendo entendido el buen odor della, y visto el buen exemplo y otras muchas partes con que en nuestros necessitados tiempos a illustrado y ayudado al mundo. Ayudada ella del que es adjutorium, virtus et refugium nostrum, tengo muy grand confiança que, si por manos de V. P. es esta obra offrescida al que por todos se offresció en la cruz, será muy accepta á su magestat, muy augmentada y muy prosperada; y de la charidad y dones que nuestro Señor a puesto en V. P. y esta sancta Compañía, que, si con specialidad soy ayudado de sus oraciones y suffragios, y encomendado á su magestat, se conseguirá que la abundancia de deseos que pone en mi ánima sea de biuos y efficaces, que los no tales más son para confusión; y que esta obra tenga su cumplido y perfecto fin, siendo para amplificación de la gloria diuina y prouecho de las almas. Y porque también la tengo de que se corresponderá á mi esperança y deseos, y que V. P. terná muy special quenta y memoria con este su collegio, y remitiéndome al Padre ¹, que dirá la diligencia con que se procede en la obra, no digo más en esto, de que en todas vuestras reverencias conserue y augmente nuestro Señor el spíritu de verdad, en el qual le adoren y agraden de cada día más, y en todos su gracia para el cumplimiento de su voluntad. De Murcia dos de Octubre 1555. A seruitio de V. P.,

ST. ² EPISCOPUS CARTAGINENSIS.

¹ Intellige Joannem Btam. de Barma, qui saepe de murciani collegi initiiis Sto. Ignatio per illud tempus scripsit.

² Stephanus de Almeyda, in cuius ditione, sive dioecesi, murcianum collegium erat. De egregio illo viro mentionem supra fecimus, t. IV, pag. 539, 681 et seqq.

Inscriptio: † Al muy Rdo. señor y Padre en Christo, el P. Mtro. Ignacio de Loyola, prepósito — — — Compañía de Jhs., en Roma. *Alia manu:* R.^{da} á los 30 de Abril.

1043

MICHAEL SURIAN CAVALLIER

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

VENETIIS 3 OCTOBRIS 1555¹.

De testamento Angeli Suriani, juvenis optimi, in Societate demortui.

Rdo. Padre. Ho letta vna lettera di V. S. de xxvij del passato con merauiglia, et per dir liberamente, con dispiacer', perchè hauendo fin qua dal canto nostro mostrata quella maggior sincerità che si possa, non solamente trouar in altri, ma forte ancho imaginar', pare che siamo in certo modo accusati da lei che manchiamo dal debito nostro, dal qual fin qui, parlando humanamente, niuno di noi mai è mancato: onde non ho potuto contenermi, che jo non mi sia alquanto rissentito con quei Rdi. Padri, che mi portorono la lettera. Et perchè forsi V. S. non è ben informata del nostro proceder, jo glie ne dirò una parola.

Mancato che fu nostro fratello² di questa vita, mi fu scritto a Vienna, doue jo era allhora ambasciator al serenissimo re di romani, il successo della morte, et della pretensione dell'iostri Rdi. Padri sopra la robba che era restata; et perchè per il vero jo non poteua allhora risponder rissoluto, non mi ricordando particolarmente come stesse la volontà di nostro Padre, scrisse de qui a questi Rdi., et dissi de là a don Nicolo³ et al Canisio⁴, così in confuso, quello che dapoi, ritornato de qui, che sono già alquanti mesi, ho detto chiaro a chi mi venne a parlar per nome della S. V. et di quella relligione, cioè che nostro padre uoleua che la facultà sua non vscisse delle mani di noi sui

¹ Ex originali in vol. F, dupli folio, n. 23, prius 127.

² Angelus Surianus, adolescens optimus, qui in Societate mortem obierat.

³ Nicolaus de Lanoy, viennensis collegii moderator.

⁴ Petrus Canisius.

figlioli, et particolarmente che qualunque di noi volesse esser di chiesa, non potesse disponer, della facultà lasciata da lui, in altri che in noi sui fratelli, o volesse beneficiar tutti egualmente, o luno più dell' altro. Con questa rissolutione non solamente mostrai alli vostri Rdi. Padri questa vltima volontà di nostro padre, ma anchora ne lasciai a loro la coppia, onde non so come si possa dir che noi siamo manchati.

Questa volontà mo è si chiara, che non ne può nascer in noi dubbio alcuno, et questo lo dico, non solamente per mio giudicio, ma anchora per la rissoluta opinione di quelli, che sanno più di me in queste pratiche. Et se quelli di Roma senteno altramente, non sapendo jo veder che raggion li moua, che V. S. non lo scriue, non posso dir altro, se non che questo è segno che, ouero non hanno ben intesa la cosa, ouero che le leggi de là sono diuerse dalle nostre, et jo non penso di douer metter in consideratione altre leggi, che quelle che sono in osseruantia a Venetia, le qual in questo caso non hanno niun dubbio.

Quanto sia a quello che V. S. scriue, che per discargo suo la uuol tentar la via contentiosa, per hauer nelle sue mani 1500 scudi per dispensar', et altri 500 per far certe schole al suo luoco in Padoua, jo non posso dirgli altro, se non che il far questo tentatiuo sta in libertà sua; ma noi, sì come quando conoscessimo di douer hauer questi obblighi per giusticia o per equità consentiressimo di spontanea volontà nostra a exeguirli, et senza far niuna resistenza nè in giudicio, nè fuori di giudicio, così, conoscendo che la giusticia non ci può obbligare, non potremo abbandonar la diffesa della nostra causa; non per contendere con la S. V., la qual hauemo in singolar riuerenza, ma perchè sotto specie di pietà et di relligione non sia tolto a noi et alli figlioli nostri ingiustamente quello che nostro padre, il qual di ciò era patrono, ha uoluto lasciarli.

Nel resto se alcuna cosa ci sarà ricordata o da V. S. o da altri in che possiamo satisfar a qualche cargo, che forsi potesse hauer nostro fratello, sì come già dissi al Rdo. don Nicolo in Vienna, concorreremo volontariamente, et di buon animo, et con quella prontezza che si conuiene al vero amor fraterno che è stato fra noi, et è più che mai hora, che egli, sì come spero, è passato a miglior vita. Et se a V. S. o ad altri occorrerà di

darci in ciò qualche ricordo, li saremo tenuti di vero obbligo di affettione, così per questo officio, come per lamor che ella mostra di hauer portato a nostro fratello mentre era di qua, et di portarli anchora. Et senza più dire, la lasciaremo colla pace del signor Dio, raccomandandone alle orationi sue¹. Da Venetia alli iij d'Ottobre M. D. LV. Buon figliolo di V. S.,

MICHEL SURIAN CAUALLIER.

Inscriptio: Al Rdo. Padre Mro. Ignatio, preposito generale della congregazione de Jesù, signor mio.

10.44

ANDREAS FERNANDEZ

PATRI JOANNI DE POLANCO

LUGDUNO 9 OCTOBRIS 1555².

Theotonius de Bragança Parisiis vult consistere, studiorum ergo.

Jhs.[†]

Mui Rdo. em X.^º Padre. La gracia y amor del Spíritu sancto sea siempre en nuestro fauor y aiuda. Amén. Oje, miércoles, 9 de Otubre allegamos a León, y allamos aquí vn correo que venía de Portugal, y loego esta tarde se partía para Roma, y por él quise screuir á V. R. estos rrenglones, por hazerle saber de nosotros. La detriminación de don Teotonio es esperar por aquí por Françia respuesta de las cartas que enbió por el criado

¹ Ideo nostri rem urgebant, tum quia existimabat Ignatius, ut scribit POLANCO, t. v, pag. 168, n. 487: «se vix posse suae conscientiae satisfacere, si non peteret executionem testamenti fratris ipsorum et nostri, Angelii»; tum etiam quia ad testamentum patris, quod attinet, «quia non erat clericus nec reditus habebat Angelus... non videbatur eo testamento ligari Patri Natali». Quare, cum unice quod justum erat quaereretur, «consulti [sunt] duo advocati a nostris», et res ultra progressa non est, nam hi «significarunt quod prorsus non tenerentur [fratres Angelii] juxta leges Venetas, immo ne legitimae quidem tribilianicae locum esse, et tantum de dote materna agi posse». Sed neque de hac fuisse actum apud Polanco reperimus.— Caeterum Ignatii litteras, quas Surianus memorat, habes jam in lucem editas inter illius *Cartas*, t. v, pag. 410, hispanice vero pag. 333; ubi animadvertes in eisdem, loco cognominis Suriano, scribi quidem *Turiano*, librarium errore.

² Ex autographo in vol. F, dupli folio, n. 60, prius 329, 330.

suio de Milán, como ia en otra tengo scrito¹. Si no le uiene en las cartas que este correo le traie, las quales ahora es ido á uer, y me tenía dicho que podría ser que le uiniese, yo dudo dello, y de lo que fuere auisaré á nuestro Padre si lo supiere, y pienso que lo sabré, y lo auisaré por lo primero que para allá fuere. El intento de don Teotonio es estudiar aquí en París, se sus parientes lo vuieren por bien. Oí dizir que dizía él, que aunque el rei lo mandase yr á España, que no lo haría. Lo que él me tiene dicho á mí es, que tiene scrito, que él se quiere² aquí estudiar, y que para eso lo prouean: y que quando del todo no lo pudiere hazer, que se irá á la primauera. Lo que me dixo acerca de sus cosas fué, que él auisara á su criado que allá a enbiado, que no hablase nada, se la Compañía no lo hiziese, y que, se la Compañía hablase, que entonces mostrase sus desculpas, que son pareceres de cardenales, y del general de san Francisco, y de su secretario, y de otras personas, las quales, como diguo, se en sus cosas se hablase por parte de la Compañía, mandaua se mostrasen á la ynfanta, y á sus ermanos, y á otras personas. Esto me dixo él por su boca, no me nombrando los cardenales, que fueron los de que él lleuaua los pareceres en lo que a hecho. Después supe que sus uotos le auían commutado á que rezase vn tanto cada semana, y aiunase vn día, ó diese vna limosna la semana que no lo ayunase, y que diese tantos scudos á la Compañía.

Esto es lo que me aora ocurre: de lo demás que ocuriere, auisaré á V. R. lo más presto que pudiere. Paréçeme que daquí á mui pocos días partiremos camino de París. V. R. me auise de lo que nuestro Padre manda que yo haga, y mande aquí á León el recado á casa de Manuel Rodríguez de Euora, portugués, porque yo le dexaré auiso que me lo mande.

En las oraciones de V. R. me encomiendo. V. R. me encomienda en las de nuestro Padre y de todos. Nuestro Señor nos dé su gracia para que siempre sepamos hazer su santa voluntad. De León y del mes de Otubre 9 de 1555. Sieruo indigno,

AMDRÉ FERNÁNDEZ.

¹ Vide epist. 1037, t. IV, pag. 867.

² Ms. quiere.

Inscriptio: † Al mui Rdo. en X.^o Padre, [el] P. M. Polanco
[de la] Compañía de Iesú, a Roma.

Alia manu: 1555. Leon di Francia. R.^{ta} alli 25 del medesimo.

1045

LUDOVICUS DE MENDOZA

PATRI JOANNI DE POLANCO

SEGOVIA 10 OCTOBRIS 1555¹.

Urget Mendoza negotium de collegio Segoviae instituendo, ad quod commutationem poscit piae cuiusdam testatoris voluntatis, a pontifice maximo faciendam.

Jhs.[†]

Muy Rdo. Padre. Sea siempre la gracia del Spíritu santo en nuestras almas. Amén. Esta es tercera sobre suplicar á nuestro Padre M. Ygnatio sea contento tratar con su S.^{dad} que erija vn colegio de la Compañía en Segovia, comutando la voluntad del testador, que dexó se hiziese vn hospital para acoger pobres, el qual nunca a sido erigido, ni ay tal hospitalidad, sino que de lvij años que a que murió el obispo don Juan Arias de Avila, obispo de Segovia, los bienes que dexó doctados para este hospital an andado de mano en mano, y nunca se ve fruto; y erigiendo vn colegio de la Compañía, soy cierto al fundador se le hará gran bien, si está en lugar de recibirlo, y á la ciudad de Segovia singular merçed, porque a muchos años que en la dicha ciudad no ay casa de estudio, donde á lo menos se lea gramática, lo qual se haré dando á la dicha Compañía la doctación deste dicho hospital, y el lugar donde fué escomençado á hedificar². Vale la doctación deste hospital seiscientas hanebras de pan de renta, y más quarenta, y según entiendo, más de cincuenta mil marauedís de censos de renta: yten el suelo, que está en muy gentil lugar, y es grande, y tiene algunas paredes de cal y canto, altas vna pica, que es gran principio. Más: que haciendo este hedificio, la ciudad dará toda la madera necesaria; por tanto no es menester dormir sobrelo, sino luégo poner-

¹ Ex autographo in vol. F, duplici folio, n. 91, prius 45², 453.

² Vide supra, epist. 1028, t. IV, pag. 837, ubi de hac ipsa re agitur.

lo por obra. Las otras dos cartas que sobre este negocio tengo scriptas, fueron que yo lo moví.

Agora, después que vyne á esta villa, he tratado con el señor Arias Gonçalo, conde de Puño en Rostro, hijo de Pedrarias de Avila, sobrino y heredero que fué del sobredicho obispo, don Juan Arias de Avila, para que él y otros dos sus sobrinos del conde, que se llaman Pedrarias de Auila y don Diego de Rojas, sean contentos, y á instancia dellos, como personas que sucedieron en la herencia del dicho obispo, se contenten que su S.^{dad} comute la voluntad del dicho obispo, que mandó fundar el dicho hospital para acoger á pobres, en vn colegio de la Compañía, á efeto que la dicha Compañía lea gramática y filosofía, si le pareciere, en el dicho colegio: y esto attento que en la ciudad ay otros hospitales donde acogen pobres. Sobre esto scriue el dicho conde á su S.^{dad} vna carta, en la qual le suplica lo que dicho tengo, y al fin se remite á nuestro Padre, que lo relatará á su S.^{dad} Tanbién scriue á nuestro Padre; pero ase de advertir, que en la suplicación que se a de signar desta comutación y hereción, aunque vaya á suplicación de don Arias Gonçalo, y Pedro Arias de Auila, y don Diego de Rojas, herederos de Pedro Arias de Avila, heredero del dicho obispo, fundador y doctador del dicho hospital, no an de poner que el papa Paulo iij les hizo patrones del dicho hospital, menos á petición de la ciudad, sino motu proprio y á ynstancia de los dichos. Ansímismo adviertan que el dicho obispo, avnque dexó á Pedro Arias de Avila, padre del dicho conde, por su vniversal heredero en el hospital, no le nombró por patrón, menos á otro alguno. Por tanto el obispo de Segovia, que agora es don Gaspar de Zúñiga, se a metido en el dicho hospital, y puesto vn mayordomo, y segú fama se sirue de toda la renta, sin hederficar el hospital, ni acoger pobres. Y attento que a que está sin executarse la voluntad del testador, como dicho tengo, cincuenta y siete años, poco menos, y ay gran necesidad de casa para estudio, y que se lea saltin gramática; y como bien tiene visto y entendido el provecho spiritual que la Compagnia en todas partes haze, su S.^{dad} con facilidad lo concederá. Por amor de Dios ruego genibus flexis á V. R. lo encarezca, y acuerde á nuestro Padre, que con toda breuedad lo pida.

Si pareciere que del primer boleo no es bien éntre en ello la Compañía, á lo menos venga breue dirigido al nuncio, para que en nombre de la cámara apostólica tome la posesión de los dichos bienes, y ponga de su mano ycónomo que cobre las rentas deste hospital, tome cuenta á qualesquier personas que ayan tenido la administración dellas, etiamsi fueren obispos, y tras esto luego la comutación del hospital en colegio; y pongan todas las cláusulas necesarias, y remota qualquier appellación, con ynvocación de brachio seglar, ynterdición ab ingressu, etiamsi fuere obispo, y entredicho si necesario fuere. Si fuere necesario que aya juezez, vengan en Segovia el canónigo Guevara y Bartolomé del Hierro, canónigos de Segovia, ó el licenciado Realiego y el dicho Guevara, canónigos de Segovia, ó quien allá les pareciere. Si allá su S.^{dad} querrá nombrar ycónomo, nombrén á mí, ó á quien mandaren, que sea más servidor de la Conpañía, que no creo le ay¹.

Con esto ceso besando las manos de nuestro P. Ygnatio y de V. m., encomendándome mucho en sus santas oraciones. En Segovia x de Octubre 1555. De V. m. servidor,

LUIS DE MENDOÇA.

Inscriptio: † Al muy Rdo. Padre maestro Juan Polanco, de la Conpañía de Jesús, mi señor en X.^o, en Roma.

1046

JACOBUS MIRON

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

CONIMBRICA 15 OCTOBRIS 1555².

In regio conimbricensi gymnasio initium scholarum Societatis fit eloquentissima Perpiniani oratione.—Adstantium gratulationes.—Magistrorum numerus.

Jhs.[†]

Muy Rdo. en Christo Padre. La gracia y paz de Christo nuestro señor sea siempre en nuestro fauor y ayuda. Ocho días

¹ Instantibus Mendozae precibus adduci non potuit Ignatius ut faceret quod multi segovienses exoptabant; immo eidem «visum non est expedire ut nostri [pii operis commutationem] postularent.» POLANCO, t. VI, pag. 635, n. 2736.

² Ex originali in vol. F, dupli folio, n. 140, prius 622.

antes del primero de Octubre nos comenzamos ha passar ha este collegio real donde agora estamos, quedando en el collegio de arriba, donde hasta hora estuuimos, hasta quarenta hermanos y Padres. Los más son nouicios, y otros son enfermos, y otros Padres que oyen de confessión, como dantes, en la yglesia. El primero día de Octubre nos entregó el collegio el principal passado por mandado de el rey ¹, conforme á lo que antes estaua concertado, y en el mismo día á la tarde, por principio de nuestras lectiones, hizo vna oración el P. Pedro Perpiñán, á la qual combidamos toda la vniuersidad, y doctores, y religiones, y á la ciudad, y á todos los demás caualleros que pudimos: y también el obispo de Coimbra ² se halló presente con nuestro patriarcha ³, que tenemos agora aquá. De manera que fué de los mayores concursos y auditórios que hasta ahora vuo en esta vniuersidad; y para este efecto concertamos con tapiçería vna casa muy grande, que está en este edificio del rey, y la enramamos y hinchimos de bancos para se poder assentar todo el auditorio: y siendo la casa muy grande, aun no cabían. Empeçó la oración después de las tres, y acabó á las cinco: de manera que duraría poco menos de dos horas. Y con esto contentó tanto, que aun quisieran que fuera más larga. Y dezía el obispo de Coimbra, que le pesaua porque acabó tan presto, y que no era possible sino que aquel hombre auía aprendido latín desde la tetra de su madre, que se lo enseñase. Él y todo[s] los que estauan presentes estauan attónitos y spantados, diciendo que en toda su vida no auían visto oración tan bien hecha. Unos le loauan de felicíssima memoria, porque ny erró ni titubeó en palaura ninguna hasta el cabo: otros le alabauan de pronunciación y acción, que la tuuo en stremo muy buena: otros de las cosas que dixo, que fué declarar la intención del rey y nuestra en esta mudanza de entregarnos el collegio y nosotros recibirle, y quán necessaria era la virtud con las letras. Finalmente fué

¹ Vide in *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 562 et seqq. ex TELLES, *Chronica da Companhia*, part. 2.^a liv. vi, cap. XVIII, pag. 581-585, acta, quibus regium gymnasium Societati attributum est. In eisdem actis constat collegii moderatorem fuisse Didacum de Teve.

² Joannes Soares, O. S. A.

³ Joannes Nunes Barreto.

ancora che pregarano nostro signor Dio per nuoi altri peccatori insieme col P. Claudio et Fabro¹ et tanti altri Padri deuoti di quella santa vita. Desidero dirli uno Pater et Aue Maria sopra loro sepolture, et alli suoi giorni hanno visto el frutto e miracoli delle loro sante opre, che durerano insin al giorno del giuditio, e se ne sono andati più consolati et confirmati.

Ho sentito questo anno tanti trauaglij per la perdita di essi, dil vescovo de Theano², di Maria Violante Gog.^a³ et della guerra di Roma, doue haueua tutto el mio sopra el monte della farina, che mi fece entrarui el dottor' Olaui sono di peggio più di trecento scudi, et delli frutti più ancora: rengratiato N. S. Dio de ogni cosa. Mi consolo col P. Canisio, deuoto, col qual son sempre tutto el giorno, godendomi el meglio che io posso la sua santa conuersatione, ricordeuolissimo de uoi altri tutti, maxime di vostra reuerenda reuerentia, alla qual di cuor' me racomando alle loro orationi. N. S. Dio vi contenti, come desiano. Di Ratisbona, l' vltimo del anno del 1556. D. V. R. humillimo seruitor',

PETRONIO ZANELLI.

Inscriptio: Al molto R.^{do} Padre, il P. Giouanni Polanco della Compagnia [di Giesù], a Roma.

impressisse. Nam princeps hic purpuratus causa in primis sine dubio fuit, ut parentes nostros Zanelli agnosceret illisque aliquando uteretur. Etenim Zanelli inter familiares clarissimi cardinalis adlectus fuerat, vocaturque ab ipso «Petronius, domesticus noster». Cf. LAGOMARSINI, *Julii Pogiani... Epistolae et orationes*, t. III, pag. 265, annot. h. Canisius autem illum appellat «cameriere dil Reuerendissimo Augustano». BRAUNSBERGER, *Beati Petri Canisii Epistulae et acta*, t. II, pag. 98. Jam, anno 1551 cum Claudium Jaium per Danubium Viennam mitteret cardinalis, cuius procurator in Tridentino concilio erat Olave, illi adjunxit comitem Petronium Zanelli. POLANCO, t. II, pag. 266, n. 212.

¹ Claudium Jaium et Petrum Fabrum nominat.

² «Antonius Maria Sertorius, Mutinensis,... delectus est Episcopus Theanensis die 30 Aprilis 1535... extinctus est an. aetatis suae 38, salutis nostrae 1556». UGHELLI, *Italia sacra*, t. VI, col. 573.

³ Maria Violante Gozzadina.

1248

JACOBUS DE ACOSTA

PATRI JACOBO LAINEZ

SALMANTICA 31 DECEMBRIS 1556¹.

De sociis: eorum numerus, exercitationes et studium in fovenda virtute.—

De proximis: opera eis impensa et fructus inde perceptus.—Episcopus civitatisque praetor Societatem amant: a nostris doceri et admoneri cupiunt.

Jhus.[†]

Admodum Rde. Pater in Christo. Gratia et pax X.ⁱ domini nostri viscera paternitatis tuae influat. Amen. Duodetriginta fratres simul cum Patribus in praesentiarum hic agimus, quorum proprietates aliorumque duorum, hinc nunc absentium, exacte quidem illas perpendentes, ad P. Franciscum conscriptas missimus, eo sane modo, quo apud constitutiones habetur; eas scilicet attingentes, quae, vt quis admittatur reiiciaturve a Societate, pertinere videntur, suum cujusque nomen, et ortum, reliquaque, quae sua cuique propria censuimus, declarando. Quocirca, cum hoc ipsum eo a P. Francisco nobis mandatum fuisse arbitrer, vt ad P. T. per Patres isthuc confluxuros illud mittat, idque quamprimum fore sperem, reliquum est, vt paucis hic agam, ea prorsus missa faciens, quae illhic satis superque pertractata fuisse video. Illud tamen non praeteribo, quod hoc tempore, quo Deus omnipotens nos Patre nostro orbauit, coelesti iam tandem illum corona donans, hanc in nos Pater misericors gratiam contulit, accendendi scilicet animos nostros votis ardenteribus ad regulas nostras obseruandas; maioremque proinde curam impendimus earum seruationi, tum propter solitam, quae in hac re

¹ Ex autographo in vol. F, dupli folio, n. 308, prius 145. Emendationes, quas Polancus adjecit, utpote minoris momenti, transcribendas non duximus. Exstat praeterea in vol. *Epist. Hisp.* 1557 aliud exemplum, dupli folio, n. 145, 146. Invenitur etiam in vol. F, n. 309, prius 246, dupli folio, exemplum hispanum harum litterarum quadrimestrium, a Joanne Lopez exaratum et eadem die 29 Decembris datum, quod Romam item ad Patrem vicarium generalem missum fuit.

nobis inesse cura debet, tum etiam propter ea, quae P. Franciscus subdere calcaria solet.

Quadraginta illis diebus ante festum beati Lucae, quibus ab studiis vacari mos est, spiritualibus humilibusque officiis plus solito fratres vacarunt. Deinde autem eodem, quo antea exercitio, virtutum profectui student, obedientiae nempe ac mortificationi has ipsas illi magis ac magis conantes. In studiis exercitium idem fere prorsus est, quod habitum hactenus fuerat, eademque habentur vicissim conclusiones singulis dominicis, nunc quidem artium, mox vero theologiae, soli namque theologi lectionibus conferendis vnam insumunt horam, ultra eam, quam antea eisdem insumebant conferentiis, praevidentque. Ultra haec repertunt etiam lectiones, quibus quidem in rebus nulla suboritur confusio, imo plane magnus ordo. Qui, ut ministris etiam insit, curamus admodum, tempus totius diei illis praescribendo, suae cuique operae applicandum. Nonnullos hoc tempore infirmos habuimus, debiles autem plures. In praesentia vero duo male habent, quorum vitae certe timemus.

Erga proximos ministeria promouentur semper, atque eorum confessiones, si hanc cum illa computemus hebdomadem, circiter sexsaginta erunt. Et earum quidem multae tum urbis procerum, tum academiae insignium extitere. Totius vitae et aliae fuerunt, ad quas accessit instauratio vitae elapsae aliquorum, eas frequentandi nonnullis desiderio affectis. Fuerunt insuper aliae, quibus reliquae confessiones, ante illas minus digne confectae, ab integro sunt restitutae. Vir quidam, iam nouem abhinc ante annis, exitio peccatorum immersus cum comperiretur, effectum est, ut inde emerget, consiliisque illi suppetias tulimus, qui auditus ad rem consilium conferendi discessit. Hoc aduentu Domini, et domi et in carceribus concionatum est, ad quas inter eundum, si forte illis aliqui ociosi in via occurrerant, illuc certe ducebantur, ut concione fruerentur. Apud pagos etiam a nostris concionatum est, ex quorum uno, curio¹ quidam, exercitiis spiritualibus vacaturus, ad nos accessit, exiisque ex illis, non mediocri progressu facto. Praeter hunc alios permultos habuimus, e quibus quatuor sacerdotes: tres eorum fines theologiae

¹ Ms. *cura*; in altero vero exemplo, *curio*.

erant transueti; nec parum fructus inde visi sunt carpissem. Id quod et cuidam mercatori, eidem rei incumbenti, accidit, qui alias, fructibus vitii agitatus, aleis vel id genus alio ludo cum animum apulisset, haec omnia iam tandem animo excussit, ad Christumque iam suum flexit iter; ex quo et [ad] domum hanc et [ad] confessionem crebrius accedit. Admissimus in Societatem sacerdotem quendam, artium et theologiae cursibus iam demum exactis. Reliquorum autem alius quidam magister, amplectendi coenobium D. Augustini desiderio impulsus, ab exercitiis discessit: id quod protinus, animum suum explens, fecit. Alii vero magno desyderio tenti se nostrae Societati dicandi, nondum tamen sunt admissi.

Potissimum hisce diebus occupati sumus opem ferendo morientibus; nam (qui magnus est) in nos populi de hac re affectus, efficit plane, vt ad id negotii plurimum efflagitemur; quod vel eorum ad nos concursus declarat. Vnde nonnulli eo sunt desiderio affecti, vt cum aliquem consolamur infirmum, se exhibeant praesentes. Animos nonnullorum dissidentium conciliavimus, primorum nempe atque aliorum, litesque eorum diremimus. Dedimus praeterea operam vt alios, [in] carcerem detrusos, eriperemus, quod quidem effectum est. Atqui licet cuiusdam retrusi debitum ad quadringenta quadrantalia triticea pertingeret, precibus tamen confectum est, vt totum illi remitteretur. Castigatio iuramentorum non exiguum paravit fructum. Etenim contingit nonnunquam, vt, dum id facinus castigamus, non modo placidum, verum et gratum nimis, nobis corripientibus, animum exhibeant.

De fratribus autem reliquum est mihi dicam, non solum non destitisse a pauperum ministerio, verum feruentiores operam xenodochiis praestitisse, consolando eorum pauperes, eaque faciendo, quae sibi facienda occurunt. Nunc maxime speramus fore, vt in hanc vrbem operam nostram et ministerium semper ac magis augescat, cum non solum ipsius infimates priuatique alii viri se reddant nobis beneuelos, sed optimates ipsi eiusdemque vrbis priores iam se erga nos humanissime gerant. Episcopus¹ namque benignissimum studiosumque admodum semper

¹ Cf. POLANCO, t. VI, pag. 565, n. 2443. Erat autem tum salmanticensis

se praestitit nobis, grauissimeque, tum de Patre nostro Ignatio, tum etiam de Societate sentit; qui et olim se cum P. Fabro traxit. Praetor autem non minus se nobis benignum exhibuit. Vtque vero obnixe a Patre rectore petiuit, vt eius eum admoneat, quod in Dei maiorem gloriam vt cadat, fore duxerit, haec episcopus adiiciens: Id quod tu, si salamantinum episcopatum gereres, faciendum statueres, mihi nunciato. Quibus ambobus Pater de aliquibus negotiis suam sententiam exposuit, in qua ipsi, manibus pedibusque (quod aiunt) eentes, negotiis ipsis consuluerunt. Domino in omnibus gloria, qui cum sentiendam, tum vero explendam suam voluntatem nobis praebeat. Quod vt fiat, et P. T., et reliquorum Patrum ac fratrū dilectorum, isthic agentium, preces ad Dominum imploramus. Vale.

Salmanticae, pridie kalendas ianuarias anno Domini millesimo quingentesimo quinquagessimo sexto. Indignus filius ac seruus P. T.,

† JACOBUS DE ACOSTA. †

Inscriptio: Jhs. Admodum Rdo. Patri nostro, Mtro. Laynez, vicario generali Societatis Jesu. Romae. *Manu P. Polanco:* Salamanca. Quadri. Enero 1557 (sic). *Et alia:* Janu. Mandata a Napoli et Sicilia=Italia=Francia=Alamagna=Fiandra.

episcopus Franciscus Manrique de Lara, de quo haec inter alia memoriae mandavit GONZALEZ DAVILA, *Teatro eclesiástico*, t. IV, pag. 156. «Don Francisco... nació en Nájara de la nobilísima familia de los Manríques de Lara: fueron sus padres don Pedro Manrique, primer Duque de Nájara, y doña Guiomar de Castro. Túvole el Emperador mucho amor... dióle título de Capellán mayor de la Capilla Real de Granada, y el tiempo que residió en la Corte, gustaua el Emperador le dixese Missa, por la buena presencia que tenía y graue modo de dezirla... Le embió á Francia á tratar de pazes con el Rei Francisco. Assentólas, y buelto á España, le presentó para el Obispado de Orense... Partió para el Concilio de Trento. Boluió á España y fué electo para la silla de Salamanca... tomó posesión della á onze de Junio de 1556 años... Fué muy amado de los Reyes, y no lo fué menos de sus ouejas y Iglesia, por auer sido Prelado de maravillosa liberalidad con los pobres, acudiendo al remedio y necessidad de todos... Tenía de todos los pobres memoria, para acordarse de todos, sustentándoles y vistiéndoles con amor de padre».

1249

ALPHONSUS LOPEZ

PATRI JACOBO LAINEZ

CORDUBA 31 DECEMBRIS 1556^{1.}

De sociis cordubensibus.—Scholasticorum frequentia ac fructus.—De sacerdotio Patris Cordoba.—Librorum copia desideratur.—Opus Patris Frusii, Roma adlatum, recusum Cordubae est.

Jhs.[†]

Muy Rdo. Padre nuestro en Christo. Pax Christi. Porque el P. Azebedo escribe las cosas de edificación², en esta no se ofresce otra cosa más, que en casa estamos veinte y dos, los seis sacerdotes, y los otros son hermanos. Todos tratan muy de veras de su apruechamiento en letras y spíritu. Los estudiantes de fuera, que oyen de los nuestros, assímismo se apruechan, y crecen en número. Deseo ser informado qué sería menester proveer, para que se hiziese la anexión de los beneficios del P. Antonio³; porque para permuta no ay manera, y estos se cobran con facilidad. V. P. haga nos embíen relación dello, y lo que se dueve hazer.

De libros de latinidad ay falta, porque, los que parecían á propósito, dizen que no vsemos dellos. Si ay tienen algunos á propósito, y los que han enmendado si nos embiasen, haríanse imprimir, como también se hizo [con] la copia que en nuestro collegio de Roma se imprimió⁴. No se ofresce otra cosa. Dios nuestro señor dé á todos gracia para sentir y cumplir su diuina voluntad. De Córdoua vltimo de Dezembre 1556. De V. P. indigno hijo y sieruo en Christo,

ALONSO LÓPEZ.

Inscriptio: Jhs. Al muy Rdo. Padre nuestro en Christo, el

¹ Ex autographo in vol. F, unico folio, n. 319, prius 342.

² Epistola Patris Petri de Azebedo invenitur in *Litt. Quadr.*, t. IV, pag. 626.

³ P. Antonius de Cordoba.

⁴ Vide epist. 1219, pag. 534, annot. 3.

P. M. Laynez, vicario general de la Compañía de Jhs., en Roma. *Alia manu:* R.^{da} á los 25 de Junio.

1250

JOANNES CUVILLON

PATRI JACOBO LAINEZ

RATISBONA 31 DECEMBRIS 1556¹.

Querelae Patris Cuvillon.—Quid ei displiceat in P. Thoma Lentulo,
ingolstadiensi rectore.

† Jesus †

Pax Christi. Reuerende in Christo Pater. In literis, R. P. tuae nomine scriptis 14 Nouembris, scribit R. P. Pollancus, vt, quia nunc nullus est qui possit in hanc prouinciam legendi publice surrogari, dem operam vt sim bono animo. Bonum agnosco consilium, et solitum dari in eiusmodi temporibus; sed tamen aliud adiunctum desiderassem: videlicet vt, si non ex toto, saltem ex tanto, me leuaret hoc onere. Itaque, vt scribam aperte, fratres ipsi nostri satis vident me, cum sum in cathedra, infirmitate vocis, pallore, aliquisque significantem imbecillitatem, et mei, credo, miserentur. His quatuor mensibus fere integris pene quotidie legi, et lectionem, in qua non sum alioqui nimis exercitatus, scilicet, psalmos; propter imperitiam enim linguae hebreae, ea lectio mihi fuit duplo molestior, quam alia futura erat. Vellem, si reverendae paternitati tuae videtur, vt perpetuum habere rem scriptorem, sic enim melius sufferrem hunc laborem, nam quod scribitur a R. P. Pollanco de aliquo, qui interdum scribat, et hoc ea hora, qua non erit dispendium studiorum ipsi scribenti, non videtur sufficere: Primum, quia si quotidie lego, quotidie necessarium habeo scriptorem; deinde, quia illa hora, quae erit commoda scribenti, mihi saepe non erit; 3.^o, in hac re vellem mihi assignaretur certus, et non nunc hic, nunc ille, ad discretionem Patris rectoris. Quodque scribit R. P. Pollancus vt fiat sine dispendio studiorum, non video qui fieri possit. Est,

¹ Ex autographo in vol. F, dupli folio, n. 329, prius 385.

quando hoc dispendium dissimulari debere videtur, donec Dominus alium prouideat. Hactenus de lectione¹.

De collegii rebus scribam etiam paucis, quae mihi in Domino videntur, submittendo illa iudicio R. P. tuae. Puto in aliis etiam me scripsisse, non videri hunc rectorem satis instructum in modo gubernandi et regendi. De temporalibus non loquor, sed de spiritualibus. Consolationem mihi non videtur dare fratribus in suis temptationibus, sed potius exasperare et dure agere, quod saepe in eo notaui; et cum semel, quod mihi hoc displiceret, admonuissem eum in congregazione omnium sacerdotum, ita turbatus est, vt ego non parua molestia affectus sim. Propterea vellem admoneretur isthinc, ut mitius ageret; et admonitus, non ita turbaretur.

Praeterea quod R. P. Pollancus scribit oportere rectorem habere magnam authoritatem, vt regat, et ego fateor; sed non puto minui authoritatem, si ad me referre debeat multa; id quod ipse nunquam aut fere nunquam facit; et hoc scripserani etiam, et nihil responsum est.

Insuper iam nescio quoties mihi obiecit nescio quae, de temptatione, quam habueram Romae ob poenitentiam quandam inunctam. Hoc videtur eiusmodi, vt parum promoueat inter nos charitatem. Sed hoc, etiamsi illi scribendum putarem, videret ne facile in ea verba prorumperet; tamen facile patiar pro peccatis meis, et non scribi ei quicquam de ea re libentius velim.

De modo consolandi fratres posset, si reverendae paternitati tuae videtur, curari et prouideri ex urbe, vt omnes aliquando conueniant simul et loquantur (sicut in dominicis diebus et festis) de rebus spiritualibus, sicut vidi fieri in Hispania, interrogantes remedia huius vel illius temptationis, vel ex ordine dicentes aliquid de praesenti solemnitate. Ita enim minus incommodi ex distractione studiorum sequetur.

Praeterea scripsi alias literas ante duos menses ad R. P. Pollancum super quibusdam scrupulis conscientiae. Ad illas responderi velim.

Praeterea quod P. Petro Ribadaneira video concessum fuisse

¹ Tam de lectione scripturae sanctae, quam de ingolstadiensi rectore, P. Thoma Lentulo, videatur hujus epistola, n. 1239, posita.

Romae, vellem et hic mihi concedi ad leuandum fastidium studiorum, vt quaecumque literae venirent ad rectorem, mihi communicarentur, et hoc illi iniungi, de quo etiam scripsi, et nihil rescriptum est.

Praeterea de concionatore, etsi putem alios scripsisse, tamen et ipse dicam quod sentio. Totius hebdomadae lectionibus tam defatigatus sum, cum aduenit dies dominicus, vt non possim, pro eo ac oporteret, recte concionari; quare concionatore omnino egemus, vel, si is non venit, mihi hoc munere defungendum est.

Haec sunt quae in praesentiarum mihi in mentem venerunt, quibus et hoc vltimum adiungam, mirari nos quare quadrimestres collegii romani non meruerimus accipere, vt sciremus quo in statu [res] illuc constituae sint. De his et omnibus, vt dixi, iudicium submitto R. P. T., petens suppliciter orationibus et sacrificiis sanctis ipsius mei memoriam non omitti. Ratisbonae, vltimo Decembbris et anni 1556. R. P. T. indignus filius,

J. CUILLON.

Inscriptio: † Al molto Rdo. Padre mio, M. Jacobo Laynez, vicario generale della Compagnia de Jesù, in Roma. *Alia manu:* R.^{ta} alli 4 de Febraio.

1251

ALPHONSUS ROMAN

PATRI JACOBO LAINEZ

CAESARAUGUSTA INEUNTE JANUARIO 1557¹.

Complectitur Roman gesta a sociis, exeunte anno 1556.—Christiani novi, per caesaraugustanam dioecesim distributi, a nostratis maximo fructu excoluntur.—Sacrae fidei quaesidores Societatem magni faciunt, nostrorumque operam adhibent.—Pater Santander Bilbilius lustrat: a civibus ad concionandum expetitur.—Orationes Cæsaraugustæ habent Patres Estrada, Ramirez et Santander.—Earum fructus.—Sacra munera obeuntur.

†
Jhs.

Muy Rdo. Padre nuestro en Christo. Augmente el Spíritu sancto sus dones y gracia en el alma de V. P. Amén. Para dar cuenta á V. P. de lo que el Señor los quatro meses passados ha

¹ Ex autographo in vol. F, dupli folio, n. 304, prius 239, 240.

sido seruido obrar aquí por el ministerio de sus inútiles sieruos, comenzaré primero de la prosecución y fin del viaje que hizo con vno de los inquisidores el P. Santander ¹ para visitar los lugares de moriscos deste reyno (de que en la passada quadri-mestre se dixo parte). Prosiguió el Padre en su camino y sermones, instruyendo y exhortando aquellas nueuas plantas, y enseñándoles la doctrina christiana por muchos lugares; y duró esto algunos meses, de que fué el fructo tan grande en aquella gente, que muchos, que son de los más estimados y entendidos entre ellos, mostrauan quedar muy satisfechos en lo que se les dezía. Y respondía á las dudas y difficultades que proponían acerca de nuestra fe (porque se les dava licencia para ello); y con ser aquellos á quien los demás tienen ojo y respectan, hase de sperar que, estando ellos edificados, se repararán los otros; y comúñamente entre todos ellos mostrauan tanta affectión al Padre, que dezían, que, tiniéndole consigo, no dexarían de ser buenos christianos; y en algunos lugares dellos han mostrado dessear que el Padre se estuuiese con ellos, y le darían cierta cantidad para su sustentación, que es gran señal que en ellos ha hecho fructo la diuina palabra. Y esto solo, es de estimar en mucho, según la mala opinión que en común se tiene de esta miserable gente acerca del christianismo.

Quedó en los lugares, donde llegaron, assí plantada la doctrina christiana, que después acá se enseña en ellos con particular diligencia: y véese que los niños destos nueuos christianos dizan por los pueblos la doctrina, que es para alabar al Señor. También se aprouecharon mucho los christianos viejos, que biuían en los mismos lugares, de la visita, muchos de los quales se confessaron con el Padre en diuersas partes, vltra que también participarían en lo de la doctrina; y de los vnos y de los otros le seguían de vnos lugares á otros, según el Señor les hauía afficionado. Vino el inquisidor y sus familiares muy contentos del buen officio del Padre y de su charidad, porque, con caminar muchos días, huuo algunos de dos y tres sermones, con enseñar él también la doctrina. Bendito sea el que da fuerças abundantes para seruirle.

¹ Ludovicus de Santander.

Allende los prouechos spirituales que deste camino resultaron, ha apruechado también no poco para que en buena parte del reyno, por donde se hizo este viaje, se entendiesse lo que la Compañía enseña, y cómo se emplean los de ella, y la estimación del santo officio, que aquí se mira mucho, y quán contrario era lo que vían de lo que en los tumultos passados se hauía sparzido y concebido de nosotros siniestramente; y en esto se vió á la clara y vniuersalmente el conocimiento y desengaño: sea gloria al Señor.

Vn Padre de los nuestros, siendo llamado algunas veces con instancia, fué á vna ciudad deste reyno, y mediante el diuino fauor fué instrumento para que dos casados, personas principales, que por cosas de no mucho momento hauía entre ellos gran discordia, y estauan para hazer diuorcio, de que hauía harto scándalo en la ciudad, quedassen sosegados, y assí perseueran; y que el hombre también se hablasse con vna su hermana y vn su sobrino, á quien, de días hartos antes, no hablaua, y no sin scándalo, y ha proseguido en su fraternal amor. Vn sacerdote y canónigo de la yglesia mayor de aquella ciudad hauía muchos meses que no le vían dezir missa, y se trataua de tal manera, que no sólo su lugar, pero gran parte de la tierra tenía scandalizada. Confesóse en algunos días con el Padre, que allí fué, y prosiguió en el celebrar, mostrando gran consolación, y quedando la gente edificada, porque en la ciudad es muy conocido. Oyó allí el Padre dicho algunas confessiones generales, y fué el Señor seruido, que, vltra desto, se remediassen algunos grandes males de algunas almas. Pidiérонle los canónigos y capítulo de la yglesia mayor de aquella ciudad que les fuesse á predicar el aduiento, que estaua cerca, vno de los nuestros, mostrando ellos particular affection; y aunque se les dió alguna sperança, no se executó hasta tener el consentimiento del obispo de Tarazona, de cuya diócesi es la dicha ciudad, y él reside en otra de su mismo obispado¹. Diósele al Rmo. parte de lo que passaua, y de la costumbre de la Compañía de no yr á tierra alguna á

¹ Vide epist. 1213. Ex ea etiam constat Patrem Santander a bilbilitanis ad concionandum expetitum fuisse. Porro Bilbilis est civitas dioeceseos turiasonensis.

exerçitar sus ministerios, sin la gracia y bendición de los ordinarios; por tanto, que viesse lo que le parecía, y manifestasse su voluntad, sin la qual no se yría á lo que sus canónigos pedían, aunque tengamos facultades de la sede apostólica, de exerçitar en todas partes libremente nuestros ministerios. El obispo tuuo en mucho el comedimiento, y se consoló y mostró tener contentamiento, y á dicha suya que los nuestros visitassen su tierra, y que (como él rescriuió al inquisidor, que sobre ello le hauía scrito) sparziessen en ella su santa doctrina, lo qual scriuió deseaua se hiziese por los nuestros, en tanto que Dios le tenía en aquel cargo. Fué con esto el P. Santander y predicó el aduiento con mucha acceptación y concurso de gente, y quedan bien mouidos muchos, y offrecieron algún principio para que algunos de los nuestros pudiessen residir allí, lo qual muestran muchos dessear en aquella ciudad, que se dice Calatayud, donde tienen gran affection á la Compañía, y de donde también tenemos entre los nuestros algunos muy buenos sujetos, y de los principales de aquella ciudad.

El Padre doctor Ramírez¹ vino aquí y predicó algunos meses, y después de él ydo, el P. Mtro. Strada el aduiento; y con los sermones de ambos se ha mouido grandemente la gente desta ciudad, y han tenido gran concurso de gente y acceptación, que no es poco de estimar, tiniendo memoria de lo passado; pero es mutación de la mano del Señor.

También ha predicado aquí y predica el P. Santander, después de su buelta de aquella ciudad, y es bien acepto. Hanse visto particulares motiones en algunas almas con los sermones destos Padres. Algunas enemistades se han perdonado, y vnos han manifestado su engaño en la tempestad passada, y otros mucha compunción: sea el Señor por todo glorificado, de cuya liberal mano esto y todo lo bueno se deriuá.

La frequencia de las confessiones y communiones á nuestra iglesia es mucha, y siempre crece; y sería más, sino que es pequeño el número de los operarios. Siempre viene la gente, que de nueuo visita á los nuestros, con particular desseo y confiança de ser de los nuestros muy ayudados para apruechar en

¹ Joannes Ramirez. Vide epist. 1231, supra, pag. 564.

virtud, lo qual alcançan muchos por la diuina bondad. Attiéndese (como se suele) á diuersas obras pías que la charidad offrece, en que se haze de nuestra parte lo que se puede, siendo cosas conformes á nuestro modo de proceder y instituto. Visítase el hospital y la cárcel como antes, aunque esto se interrumpió algunos días, por ser pocos aquí.

En casa proceden los Padres y hermanos con edificación y aprouechamiento, lo qual todo para que vaya en augmento á mayor gloria del Señor, humilmente pedimos ser ayudados en los sacrificios y oraciones de V. P. y de los Padres y hermanos charísimos de essa santa casa. Dénos el Señor á todos su diuina gracia muy cumplida para conocer y hazer perfectamente su voluntad santíssima. Amén. De Çaragoça hasta los primeros de Henero de 1557. De V. P. indigníssimo hijo y sieruo en el Señor nuestro,

+
ALONSO ROMÁN.

Exerçicios se han dado á algunos en nuestra casa con aprouechamiento, y otras diuersas personas se suelen instruir en la oración, de que también se han aprouechado y aprouechan muchas almas: gloria al Señor. Somos al presente en casa: Padres, el P. Mtro. Strada, nuestro prouincial, el P. licenciado Santander, el P. Mauricio Viñes, el P. Alonso Román; hermanos legos, son quatro.

Inscriptio: Jhs. Al muy Rdo. Padre nuestro en Christo, el P. Mtro. Laynez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Santa María de la Strada. En Roma. *Alia manu:* Quadrimestra.

1252

ALPHONSUS RAMIREZ

PATRI JACOBO LAINEZ

PLACENTIA I JANUARII 1557^{1.}

Res placentini collegii prospere succedunt.—Episcopus optimum se praebet omnium virtutum exemplar, maxime caritatis ac liberalitatis in miseros.—Valida fames ingruit.—Episcopi providentia levatur.—Cives certatim, ad misericordiae officia praestanda, currunt.—De sociis.—De aedificio.—De scholis.—De opera nostrorum, proximis navata.—Borgia a caesare Carolo arcessitus, Placentiam divertit.—Quidam, qui pactum cum malo daemone fecerat, morbo afflictus, pacti instrumenta rescidit, conjecitque in ignem.

Jhs.[†]

Admodum R.^{do} Patri nostro in Christo, Jacobo Lainez, vicario generali, suus filius in Christo, Alphonsus Ramirus.

Dominus, qui est vera lux, illuminet sensus et cor tuum conservetque in officio pietatis in columem. Ex iis litteris, quas ad te ante misimus, cognovisti jam, ut arbitror, aliqua ex multis, quae apud nos divina bonitas admiranda fecit, Societatis nostrae placentinae ministerio usus; etiam quam bene nos haec civitas accipiat.

Nunc, quae se nova offerunt, exponam. Atque illud impribus, quod omnia, quae hactenus felicia contigerunt, majus in dies incrementum suscipiunt. Sic studium pietatis magnopere crescit apud nos, quod efficiunt, cum plurimae aliae causae, tum etiam domesticum exemplum ac familiare, quod habet haec civitas in praesule nostro^{2.} Is enim, memor sui officii, mirum est quanta cum laude se gerat, his praesertim temporibus miseris et calamitosis. Ingruit enim dura quaedam fames, quae, per totam hanc regionem grassata, pauperes juxta ac potentiores graviter pressit. Quod animadvertis pastor optimus, hac ratione tulit opem gregi laboranti. Dueae sunt ejus provintiae nobiles

¹ Ex autographo in vol. *Litt. Quadrим.* 1547-1552, dupli folio, n. 36. Usus est hac epistola POLANCO, t. vi, pag. 606-608, n. 2613 et seqq.

² De Gutierrez de Vargas et Carvajal, placentinorum antistite, saepe diximus.

civitates: Placentia et Castrum Julii. Placentiae ita providit, ut egentes cives centum, quibus verecundia et pudor fortunae officit, ipse alat victu quotidiano; reliquum numerum primoriis civitatis, qui multi sunt, committens. Municipia placentina atque colonias, quae fere paupere turba agricolarum constant, benigne advocat ad suam metropolim, eosque, quotquot sint, paratis epulis, accipit quotidie, nobis usus ministris, a quibus et condiantur cibi et ministrentur discubentibus. Datur enim hoc epulum in area quadam subdiali nostri hospitii, longe lateque patenti, ubi possunt omnia commode transigi. Initum est convivium hoc paucis ante diebus. Ita vero augetur numerus frequentantium, ut speremus habituros nos convivas supra quingentos. Neque enim libera hominum corpora confluunt, sed totae familiae, quod miserandum spectaculum est, e propriis sedibus convulsae. Nos in tanto negotio eam servamus rationem atque ordinem, ut neque nostrum ministerium turbet multitudo, neque jacturam temporis faciamus.

Ad alteram civitatem, Castrum Julii, misit ex nostris sacerdotem cum fratre laico, ut hic curarent centum viginti pauores alendos. In his omnibus, ut vides, a nobis postulat praesul operam et diligentiam. Neque enim, ut ait ille, aliis auderet committere quam nobis, quos dicat non humanis affectibus duci, sed christiana charitate. Gratias Deo agunt cuncti mortales, quod praesulem videant suae metropoli tantum temporis praesentem adesse; quodque tantam ejus, quod nunquam putarunt, munificentiam experiantur. Intelligunt tamen omnes, ut talis ille sit, praeter suam ipsius virtutem, plurimum etiam juvari familiaritate, quam nobiscum habet, ac pervio usu veteris hospitii. Deo optimo maximo gratias, qui nos suis pauperibus dignatur ministros.

Illa etiam re levat noster praesul publicam hanc egestatem, quod omnes, quotquot velint conduci, ad operas hujus domus, quam nobis aedificat, recipit libenter: quod in hac regione insolens est, tam duris praesertim temporibus. Sic instant surgenti operi mercenarii plusquam ducenti, ut par sit ad dominicam resurrectionem bonam ejus partem perfectam et absolutam fore; illam quippe, quae nobis incolenda est, et habitanda frequentissime; nam id maxime curat praesul, ut ex ipso etiam

audivimus. Neque fallemur, quantum licet conjicere. Quoniam perspicimus et rem jam ad perceptum cogitatione terminum deduci, et superaddi parietibus ligneam materiam magno ardore artificum. Aedes etiam sacra, atque adeo reliquum omne aedificium, operante gratia Dei, ad cuius honorem coepta sunt, brevi optatum finem consequentur. Praesul majori in dies amore nostrae Societatis afficitur. Dominus illi suum favorem praestet in omnibus. Haec ideo scripsi, quod sciam gratum tibi ac jucundum futurum, qui cum illo familiari quadam notitia conjunctus es¹.

Frates nostri omnes valent. Nam qui quartanam contraxerant, proximae aestatis injuria, jam illis inimicissimum febrium genus decedit. Omnes diligenter student in via Domini progredi, in obediendo prompti, in observandis legibus attenti, in sedandis affectibus cauti, in agnoscendis erroribus et confitendis publice, more nostro, diligentes, honestissima negotia et maxime pia semper agentes.

Quod ad studia litterarum attinet, quinque ex fratribus praceptoribus sunt latinae linguae, tres discipuli. Magnus est proventus studiosorum, quod miramur, hoc anno tam parco et avaro frugum; atque eo magis, quod, nobis frequentiam nullam sperantibus, contigit quinquaginta scholasticorum accessio. Copia est excellentium ingeniorum.

Sedulo agunt moderatores ut, et studio discendi et cura servandarum legum, evadant discipuli se quotidie meliores. Magnum fit undique, Christo gratias, operaे pretium. Festo purificationis beatissimae virginis agenda est illis tragœdia, quam P. Dionysius Vazquez, ejus auctor, multo ante docuisset, nisi abesset commoditas apparatus. Argumentum sumptum est ex primo Regum, ab initio regni Davidis ad exilium ejusdem. Confidimus Dei misericordia effectum fore, ut et animentur actores ipsi ad honestatem et bonas litteras, et spectatores sentiant de nostris rebus multo etiam melius.

Sacerdotes nostri collegii multum laborant ministranda eucharistia confertis hominum concionibus, et visitandis reis diverso-

¹ Noverat Gutierrez de Vargas Lainum, eoque familiariter usus fuerat, cum ambo tridentino concilio interessent.

riisque inopum, ubi et confessiones audiunt, et doctrinam christianam docent; atque adeo in adeundis iis, qui extremo in spiritu animam trahunt, ut adsint laborantibus, et hac vita solventibus bene precentur, qua re praecipue ducuntur homines hujus loci: idque cum videant quo animi ardore et alacritate haec pia munia nostri semper obeant, quacumque hora vocentur accincti.

Pater Baptista¹, qui agebat Hispali, venit ad nos, Patris nostri Francisci² jussu, ut totum Domini servatoris adventum ad hanc civitatem concionaretur. Fuerat enim placentinorum uotis magnopere optatus, ex quo, hac praeteriens, obiter habuit concionem; et a P. Francisco petiverant, ut hunc virum apud eos juberet commorari, quod etiam aliis litteris jam significavimus. Placet sane omnibus atque honorifice accipitur, magnique laboris ejus fructus colliguntur. Fuit autem illius adventus necessarius. Nam doctor noster Salinas³, cuius haec cura erat, quartana vehementer gravabatur eo tempore. Nunc vero jam prope valet, Christi beneficio singulari.

Pater noster Franciscus nativitatis festum hic nobiscum transegit. Nam cum venisset ad oppidum Xarandillam, imperio caesareae majestatis accitus, non potuit recusare, quin ad vicos filios in Domino progrederetur. Magno fuit solatio praesuli et universis civibus, parum licet moratus. Habuit concionem de nativitate dominica. Charis praecipue filiolis adventu suo gratum fecit, qui illius conspectu utilem pudorem ducunt, oratione afficiuntur, factis exemplaribus animantur. Complutum hinc reversus est, non sine nostro dolore. Dominus eum nobis servet pro magno nostro usu et utilitate.

De aliis non tam insignibus, quae divina bonitas per nostros efficit, cuius generis ablitorum restitutio, compositio animorum, non puto meminisse oportere. Satis notum est fructum hunc esse nostrorum laborum prope quotidianum. Illud tamen aliquanto gravius non praeteribo. Nuper placentinus quidam se stultus nimium perdiderat, vana quaedam cum sathana pactus,

¹ Joannes Bta. Sanchez.

² Francisci Borgiae.

³ Marcus Salinas.

firmatis etiam pactis ab ipso daemone, indissolubili quadam lege ac conjuratione. Multa praeterea erat re obrutus miser, quam alienam abstulerat. Cum autem in morbum incidisset, sacerdotem aliquem nostrae Societatis jussit ad se vocari. Hic nequisimam illam conjurationem fecit irritam, instrumentis etiam foederis in ignem conjectis; adduxitque hominem ut ex bonis propriis aliqua divenderet, quo posset satisfacere. Laus Christo in aeternum. Amen.

Ne plus afferam tibi satietatis ac fastidii, pleraque omitto hujus notae minus nobilia. Deus optimus maximus nobis det, et velle multa in ejus honorem et gloriam, et eadem posse par-tissimis animis ad exequendum. Placentiae kalendis Januariis. [1557]. Filius tuus in Christo, licet indignus.

ALPHONSUS RAMIRUS.

Inscriptio: Jhs. Al muy Reverendo Padre nuestro en Christo, el Padre maestro Linez, vicario general de la Compañía de Jesús, en Roma.

1253

JOANNES FERDINANDUS

PATRI JACOBO LAINEZ

METHYMNA CAMPI 27 JANUARII 1557¹.

Res Societatis Methymnae secundis auris crescunt.—Varia munera in proximorum utilitatem socii obeunt.—Capite plectendos, aut carceribus inclusos, juvant.—Ignatii commentationes tradunt.—De scholis: studientium exercitationes ac profectus.—Ineunte proximo vere, templi fundamenta jacienda.—De sociorum valetudine.

Jhus.[†]

Rde. admodum in Xpo. Pater. Pax X.ⁱ Ea omnia, quae ad divinum cultum omnimodamque pietatem spectare videntur, in hoc nostro collegio, favente numine, in dies majora, non sine magno totius populi profectu, incrementa suscipiunt. Apparet autem non parvus, inter alia, hujus nostrae in hoc populo conversationis fructus in confessionibus prae-sertim audiendis, tum

¹ Ex autographo in vol. *Epist. Hisp.* 1557, fol. 147, 148.

domi tum in hospitiis, ubi foventur aegroti, tum etiam in carcere, ubi spiritualis multo magis innotescit profectus. Ibi enim praetor habitat, qui, cum hoc intelligat et ingenue fateatur, imo publica voce pronunciet, inde non parvum nostros progressum fecisse conjectandum est; quando is unus homo erat, quem prius ante omnes minus nostri studiosum aestimabamus, quippe qui primus parisense decretum hic in publicum ediderit, pusillo tamen aut nullo apud populum favore fultus. Sic namque Deus, cui sit laus et gloria sempiterna, contorta in suos tela refringit, pravis conatibus obsistit, et in nihilum humana consilia redigit. Deinde cum is idem praetor, hominem, qui atrox admodum commiserat crimen, capite damnaret, tantaque animi pertinacia ac mentis calligine laboraret reus, ut nec suadentibus religiosis viris, multisque aliis, peccata, in extremis constitutus, sacerdoti confiteri vellet, tandem praetor duos Patres e domo nostra accessiri jussit, qui, totam illam noctem insomnem cum illo ducentes, confiteri compulerant, rebusque suis omnibus rite ac recte dispositis, ut verum ac pium christianum decebat, merito in suppicio animam exhalavit.

In spiritualibus exercitiis hisce diebus non parum hic in Christo profecit sacerdos quidam theologus, cujusdam a consiliis regis filius, vir clarus, etiamsi ob peculiare quoddam impedimentum Societati nostrae aptus non sit inventus.

Scholastici ac bonarum literarum studia egregie apud nos quotidie progrediuntur. Est et hoc paschate acta nobis publice comoedia, quam secundum festivitatem composuit frater Josephus de Acosta, rem quidem non mediocriter et populi instructioni et scholasticorum utilitati conducentem¹.

Omnis scholastici, ut moris est, singulis quibusque mensibus domi confitentur, qui, ut suorum etiam studiorum quam optimam rationem reddant, nostraque ad unguem instituta servent, et in christiana praecipue doctrina quam maxime exerceantur, cura non segnis adhibetur.

Ineunte vere, ecclesiae nostrae, favente Deo, fundamenta jacentur; quidam enim studiosorum, bis mille aureos operis

¹ Vide POLANCO, t. VI, pag. 567, n. 2447 et seqq.—Ibi enim haec epistola usurpatur.

impensis pollicitus est, dabitque plura, quando, adjutus divina gratia, tam egregie coepit. Elargitus est etiam nunc nobis metimnensis populus frumenti mensuras quadraginta, deinde ex pinetis ligna nonnulla, quorum hic magna penuria laboratur, quamvis hoc tempore fames magis et annonae premant. Denique, quod ad corpoream salutem spectat, recte valemus omnes, etiamsi tum annonae ac famis, quae his locis non parum urget, tum etiam italicorum tumultuum, imo atrocium bellorum, quorum fama quotidie magis increbescit, et Patrum nostrorum, qui ad capitulum coguntur, discessus ac profectionis cura, anxios nos ac sollicitos teneat. Deus ille summus his omnibus dignetur prospicere, teque, Pater in Christo perquam colende, in his, quae magis ad ejus cultum facere videantur, felicissime servet. Metimnae Campi, sexto calendas februarias 1557. Tuus minimus in Christo filius,

JOANNES FERDINANDUS.

Inscriptio: Jhs. R.^{do} in Xpo. Patri, M. Jacobo Laynez, vicario Societatis Jhu. Romae.

SUPPLEMENTUM

TOTIUS OPERIS

1254

FRANCISCUS DE ESTRADA
PATRI IGNATIO DE LOYOLA

EX MONTE POLITIANO 5 JULII 1539^{1.}

Fragmentum litterarum.—Pia puerorum peregrinatio describitur.—Cives quam plures ad Estrada, consilii capiendo causa, accedunt.—Ut e suggestu verba ipse faciat, rogant.

Estando en vna montaña dos millas lexos de Montepulchano, donde está vn monasterio de capuchinos, vi que mucha gente de la ciudad venía allí, porque se hazía capítulo, y porque estaba allí vn gran predicador, que es general de los capuchinos. Despues desto vi venir vna procesión de cerca de trecientos niños desnudos y disciplinándose, los quales, como verdaderos soldados, seguían al capitán Xpo. crucifijo, el qual en lugar de bandera vno delante [de] todos llevava, cantando todos las letanías, y de poco en poco alta voce exclamando: Misericordia, misericordia. Despues desto, porque en la pequeña yglesia tanta gente no cavía, se adrescó vn altar de fuera, para que del monte pudiesen todos oir misa; la qual oyda, se comienza á ordenar de comer, y los pobres capuchinos con su pobreza² salían por el monte con vnos canjstros de pedazos de pan, que de limosna habían vuscado, y distribuyan por los niños, que de disciplinarse cansados estavan. Quid dicam? Pues he contado de la sustentación del cuerpo, razón será que diga del çibo del ánima.

Pasada, pues, que fué la comjda, convocatis turbis, coepit in monte predicare vn sancto capuchino, y debaxo de aquellos

¹ Ex autographo in vol. C, unico folio, n. 129, prius 226.—Hoc epistola fragmentum nos olim desiderasse, cum totam Patris Estrada epistolam, ex originali in vol. A desumptam, typis ederemus (*Epist. Mixtae*, t. I, pag. 22-25), suo loco monuimus, *ibid.*, pag. 23, annot. 2. Illud vero postea, injuria temporis detritum, totum manu P. Estrada exaratum, inter epistolam vol. C invenimus, apprime cum epistola jam edita cohaerens, illamque complens. Quare id ipsum edendum esse existimavimus, paucis versiculis ex priore epistola repetitis, ut sensus plenius perciperetur.—Caeterum de hac atque aliis hujusce *Supplementi* epistolis, legantur quae in praefatione diximus, pag. 5 et 6.

² Hactenus in epistola prius edita. Quae sequuntur in folio n. 129 continentur.

árboles estaba la gente oyendo; pero, acavado que fué aquel sermón, la gente reposó vn poco, y luego, en lugar de merienda, sale otro capuchino y hizo otro sermón. Tornóse la gente á reposar, y haziéndose ya hora de cena, sale otro capuchino á dar de cenar á las ánimas, y reficiadas de tanto cibo spiritual, se partieron del monte para la ciudad. Esto será quanto á los niños.

Diré agora de los padres, que, confusos que los niños les enseñasen lo que ellos havían de hacer, se determinaron de reformarse, y se han hecho constitutiones contra los que blaspheman, y se an en amor reconciliado muchos, que por muer-tes de hombres estavan en odio y injmicias. Simjliter se an otros humjliado á demandar perdón á las personas, que offendido habían; y otras cosas que por breuedad paso. [No] olvidaré las mugeres, las quales, no sé si, avergonçadas que todos se emendasen y ellas no, [se] han pariter reformado, y echo constituciones cerca el vestir, y cerca otras cosas superfluas y desonestas.

Aun diré más; que el cura a andado por las casas de sus perrochianos á ver [los] que se querían confesar; y se ha allado el mesmo cura, el qual me mostró vn papel, [en] el qual se habían scripto para confesar y comunjcar, dos ó tres veces doblado que los que asta aquij por la pasqua se solían confesar y comunicar. Esto y otras muchas cosas particulares, que dexo por breuedad, todo me paresce vno, imo¹ muchos milagros que el Señor en estos tiempos haze. Todo sea á laude y gloria suya. Y á lo menos, si estas mis cartas no sirvieren para otra cosa, sea saltem para que el Señor nuestro sea rengraziado dello, como spero.

Agora diré cerca de mj lo que pasa. Llegado que fuj aquí, no sé quién me divulgó ó disfamó de tal modo, que concurría y adhuc² no cesa de venir á mj mucha gente á hablar, y mu-chos principiales á comunjcar conmiyo sus cosas; y dexando esto, á mj me an pidido con grandíssima instancia que yo aya de estar en esta ciudad algún tiempo. Io nunca les he querido prometer cosa alguna, antes siempre he dicho que la mi volun-

¹ Ms. ymo.

² Ms. aduc.

tad depende de la de toda la Companya, y que sin haver consensu y permission dellos, que yo no podría estar; pero que, scribiéndome que yo estuviese, que yo estava paratíssimo para me emplear, segúñ mj poca sufficiencia, en todas cosas que fuesen á nuestro Señor gratas, y á sus ánimas vtiles y fructuosas. Ellos me respondieron que les scribirán, rogando por amor de nuestro Señor lo permitiesen, y que, quando no, que harían con el papa que lo mandase; y así se determinó que la comunidad scribiese la carta: va ahí¹; vean lo que puede redundar en mayor seruicio de nuestro Señor, y aquello me envíen á mandar. Puédoles dezir que toda la gente está mui bien dispuesta, y que no podré cumplir con tantos como ay.

Demás desto, me han mucho molestado y molestan que yo aya de leer los evangelios ó otra alguna lectión de la sacra scriptura, maxime por extirpar vnas lectiones que se [dan] de poesía y otras fábulas; y también vna prediqueta, ó no sé cómo la llame. [Dicen] las mugeres y hombres que irán, y en esto ponen tanta instantia, que, aunque yo no sea ente ni quiera, me será forçado hazer. Pero spero en nuestro Señor, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae abconditi², que, siendo yo de tal suerte violent[ado], podrá, no solum por mj, sed etiam por vna piedra operar cosas grandes, pues es agora [la] misma potentia que era en el tiempo de Balaán.

En esto, aunque yo quisiera sperar dellos respuesta, pienso no será posible, pero no [dejen] largamente á todo [de] me responder, porque no haga cosa que no les fuese grata. Holgaré mucho que me avisen largo cerca otras muchas cosas, en las quales por ignorantia podré [errar (?)] y sea lo más presto que ser pueda, por amor de nuestro Señor. No sea como en Senna, que en todo [el tiempo] que allí estuve no me respondieron á cartas. Y la vía, creo, que será más segura, s[erá enviarlas] á Sena, para que luégo Mtre. Simón³ me [mande (?)] las cartas acá; ó por el que ésta lleva [si puede (?)] tornar presto; si no, no speren tanto.

¹ Ms. ay.

² AD COL., II, 3.

³ P. Simon Rodrigues. POLANCO, t. I, pag. 81, n. 10.

1255

DIDACUS CACERES

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PARISIIS 2 FEBRARIII 1541^{1.}

Queritur de litterarum tarditate aut amissione.—Exercitationes sodalium parisiensium.—Plures ignatianis commentationibus excoluntur.

Jhus.[†]

La suma bondad de Xpo. N. S. sea siempre en nuestro favor y ayuda. Amén. Vna carta recibimos abrá diez días, en la qual mostrávades no aver recibido de acá ninguna² carta: de lo qual no estoy muy espantado, viendo que con quanta diligencia allá tenéis de nos escribir, también estamos acá dos y tres meses sin ver carta de allá; y quando viene, llega tan vieja, que quedamos con mayor cuidado de desear saber cosa nueva. Tengo por cierto, que, si falta ay, tiene³ á los mensajeros, porque de aquí todos los meses se escribe vna y dos veces allá.

Dexadas quexas de negligēcia, doy muchas gracias á N. S. que todas las cosas suceden allá en su servicio, y con aumento de fervor de los hermanos. Plega al Señor que in dies etiam augmentetur, quod facile spero, si interiori mente Xpum., et ipsum crucifixum, contemplemur. De acá, gratia superis, no ay sino mucho biem de los que acá están, porque los que estudian, faciunt vt debent: los que an estudiado, se emplean dellos en buenas conversationes. Dígolo por el canónigo⁴, que ya a sacado de exerç̄ios á vn mançebo valençiano⁵ de buen spíritu y doctrina no poca, con propósitos de seguir á Xpo., a monte Oliveto vsque ad crucem; y tiene otros dos en exerç̄ios, el

¹ Ex autographo in vol. *Epist. P. Laines*, unico folio, n. 115, prius 9.² Ms. *ninnguna*.³ Imperfectus sensus. Plenior erit: quod si litteris nostris careatis, pro certo habeo id tabellariis tribuendum esse, vel tabellariorum culpam esse; nam istinc singulis quoque mensibus semel aut bis scribitur. Cf. *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 52 et 57.⁴ P. Hieronymus Domenech, sociis parisiensibus praefectus.⁵ Jacobus Miron. *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 57 et 59.

vno italiano y el otro ¹ español; el éxito de los quales espero que será bueno, si non durum appareat illis verbum illud: vade, et vende que habes ², etc.

De mí os digo que estoy con mis males acostumbrados, y avn algunos nuevos: por lo qual rogar al Señor por mí, porque corporis infirmitas spiritum non hebetet.

No se ofrece otra cosa que dezir, porque pienso que los demás escriben. De Paris ii de Febrero 1541. De bondad pobre,

CACRES. ³

Inscriptio: Jhus. A mi y en Xpo. nuestro señor hermano, el maestro Yñigo de Loyola, en Roma.

1256

BERNARDUS DE LA CRUZ

EPISCOPUS STI. THOMAE

[PATRI SIMONI RODRIGUES?]

CONIMBRICA 22 AUGUSTI 1542 ⁴.

Acceptis litteris rescribit.—Scholasticos Societatis Jesu, Olisipone missos, humanissime exceptos fuisse, dicit, eosdemque optimum sanctimoniac exemplum praebere.—Doctorem Henricum, ad curiam regis euntem, valde commendat.

Señor. Nuestro Señor sea siempre en su alma, y lo conserue y esfuerce en su sancto seruicio. Vna de V. m. recibí y con ella mucha consolación, así por saber de su salud, como por lo que en ella me escrevía aserca de lo que con S. A. avía pasado. N. S. le pague todas esas charidades y favores.

Sobre lo del vicario, ninguna respuesta tengo; no me espanto, según ha estado estos días ocupado. En teniendo V. m. algún tanto de alivio y oportunidad, allende del seruicio que á Dios

¹ Ms. eotro.
Molti sudori et fatiche si fanno, et con allegrezza, et si patisce fame et sette grandissima, stracchezza et debolezza, et tanto sono raucco per il cridar' contra peccati, et per il sudar' tante uolte il giorno, et poi rafreddarmi, che non posso pur' parlar' con la guida, ma poichè sono in pulpito, il nostro Signor, per amor' che porte alle sue anime, mi renda il uigor' et suo santo spirito. Lè uero questo, che le più uolte non so doue io habbia il capo, et il nostro Signor mi da tanta dolcezza interior' et fortezza, che li miei auditori si conuertono molte uolte in lacrime, et dicono: Questo è il nostro santo padre, chel nostro Signor n' ha mandato, ancora che siano huomini feroci, et che sempre uadano coperti d' armi; et quando descendo dal pulpito, mi uengono di qua et di là a sostere, uedendomi loro stanco, et m' usano molta amoreuolezza, et non mi uedono abastanza; et così la bontà di nostro Signor mi da milli per uno, perchè lè uerace et beato che di se fosse spogliato, et si uestisse tutto, tutto, tutto, della sua santissima volontà. Nè trouo altra allegrezza, senon seruir' fidelmente sotto ubidienza a sua M.^{ta} Cosa grande: questi diuoti di questa terra si doleuano molto che monsignor mi mandasse alla uisita, et che li lassasse loro. Hora sentendo il frutto grande che fa nostro Signore nell' anime, si doleno ch' io habbia pigliata questa stracchezza per loro, maxime chel Padre fra Vicenzo li comunica, benchè non habiono il sermone nostro, sì che ogni cosa torna in bene alli amanti il Signor.

Mi raccomando alle diuotissime orationi di V. P. R. con tutta la santissima Compagnia, et infinitamente la ringratio delle preziose noue de l' India et diligente charità dil P. M. Paschasi¹, et me ne promette dell' altre. Ancora non leggo altro libro per l' occupationi grandi; ma queste lettere ben mi basta-

¹ P. Pascharius Broet.

ranno, s' io farò forza a me stesso. Spero nel Signor di comen-zar', io dico, al presente, et non più procrastinar'. Baccio li santissimi piedi a V. P. R., et mi ridono a lei nel nostro Signor. In Modena alli 16 di Maggio 1550.

D. V. P. R. seruo nel nostro Signor indegno,

SALUESTRO LANDINO.

Inscriptio: † Al mio molto Rdo. Padre nel nostro Signor, il P. M. Ignatio Loyola, della Compagnia de Jesù preposito dignissimo, in Roma, in Sta. Maria dala Strada, presso Sto. Marco.

1289

SOCII BONONIENSES

[PATRI IGNATIO DE LOYOLA]?

BONONIA 6 SEPTEMBRIS 1550¹.

Conversio cujusdam nobilis bononiensis.—Praeclarum patientiae exemplum, a pia femina editum.—Orphanarum locus juvatur.—Conciones habentur ad populum.—Frequens divinorum mysteriorum susceptio.—Christiana doctrina edocetur.—Aegrotantes invisuntur.—Scholastici sedulam operam pietati ac litteris navant.

Jhs.[†]

Gratia et pax domini nostri Iesu X.ⁱ sit semper nobiscum. Amen. Scias, P. R., nos in his uersari, quae et vocatio nostra expetit, et tu summopere optas, quae ut clarius agnoscas, grauiora aliqua recensemus. Quorum primum erit mira quaedam et incredibilis conuersio cuiusdam nobilis bononiensis, qui annos xxviii absque confessione uixit, militiae animum et corpus per totum id tempus intendens, ac vitiis, quo illud hominum genus assolet, se inuoluens. O indignissimum facinus, sed dignissima Dei bonitas, qua benigne indignissimum sustinebat! Is exercitia fecit, in quibus ita profecit, vt vitam praeteritam et cognoverit et defleuerit. Confessionem generalem omnium suorum peccatorum fecit, eucharistiam deuote accepit, singulis mensibus confitetur, verbum Dei audit, et denique de diuinis ita loquitur, ut non saeculi, sed Christi, et exercitatissimus quidem, miles esse

¹ Ex apographo in vol. *Varia Hist.*, t. I, pag. 183, 184.

uideatur. Hae[c] certe est mutatio dextere excelsi¹, cui quidem nihil impossibile est.

Est praeterea quedam mulier, sanguine nobilis, quae multos annos exercitia fecit, singulis diebus eucharistiam sumebat, orationi et meditationi animum intendebat, operibusque charitatis insudabat, in quibus quidem ita adiuta fuit, ut nunc uel maxime in probatione, qua ab optimo patre probatur, ostendat; in qua ita se Dei serua patienter habet, ut dicere queat: Igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas². Haec a sex mensibus fere graui quadam infirmitate detinetur, ita ut nec diu nec noctu quiescere possit, cibum non sine maxima difficultate accipit, et modicum quidem, doloribus constringitur perpetuis et grauissimis, et ob id saepissime clamare compellitur. Tamen ita cum illa pater ille consolationis agit, ut in tantis malis eam consoletur. Inde fit, nec corde nec ore a Deo suo recesserit, verum et eum, non aliter quam patientiae speculum Job, summe laudauerit et laudet, inuocet, precetur, ut patientiae dono illam muniatur.

Est deinde orphanarum locus, quem omnibus in rebus, quibus possumus, iuuamus. Curauius sacerdotem, amicum nostrum, virum quidem moribus et christiana pietate praeditum, in confessorem illis dari, qui quidem satis nostrae facit expectationi; ita enim in eo munere se gerit, vt nihil amplius a nobis ab eo optetur. Non tacebo etiam quantum fructus et utilitatis Patris Joannis³ in hospitali probatio tum pauperibus, tum toti ciuitati attulerit. Is enim in eo loco se gessit, ut quam maxime amaretur ac honore ab omnibus afficeretur, ita enim in consolandis infirmis eisque in anima et corpore iuuandis diligens erat, ut nihil magis in eo desideraretur; et postquam eo discessit suasu nostro, multi tum viri, tum mulieres, almae huius ciuitatis, sanguine nobiles, legem inter sese tulerunt, ut singulis hebdomadis aliqui ex ipsis et xenodochia visitarent, ac infirmos consolarentur, id quod pauperibus vtilitati et consolationi totique ciuitati edificationi maxima erit.

¹ Ps. LXXVI, 11.

² Ps. XVI, 3.

³ Hic. P. Joannes Bta. Bononiensis alibi vocatur.

D. Franciscus¹ singulis festis diebus iuxta morem cum deuoto et frequenti auditorio concionatur. Is etiam dominica infra octauas corporis Christi de sacramenti eucharistiae dignitate et de utilitate frequentationis orationem latinam magno cum auditorum applausu et satisfactione habuit. Eo die facta fuit solemnis sacramenti processio, cui ultra sex millia uirorum et mulierum interfuerunt; singulis enim annis, suadente aliquo Patre ex Societate, fit, praeter illam processionem, quae singulis primis dominicis cuiusque mensis, eodem etiam inuentore, fit. Plurimi eo etiam die eucharistiae sacramentum suscepereunt. Hinc omnes fere ciuitatis huius ecclesiae parochiales consuetudinem acceperunt, ut et ipsae processionem sacramenti singulis mensibus faciant. Quare effectum est, ut ecclesiarum rectores in suis ecclesiis et frequentiores et diligentiores sint, subditi illarum plus solito visitent, vesperae in ipsis diebus festis, quod antea minime fiebat, decantantur, in aliquibus etiam doctrina christiana doceatur, insuper ornantur ecclesiae, preciosa fuint sanctissimi sacramenti reconditoria, lampas diu noctuque coram sanctissimo sacramento ardet. Si accidat nunc ad infirmos sacramentum deferri, maximo certe cum honore, multis comitantibus, cereisque plurimis accensis, quod minime fiebat, defertur. Infirmi etiam praeter morem confessorem diligenter postulant, eucharistiam sibi dari petunt: uidemus in hisce omnibus ecclesiam maxime mutatam.

Idem D. Franciscus doctrinam xpianam. ante aliquot iam dies absolvit; hinc ad mentem eam iterum declarandam iuxta morem aggreditur; permulti pueruli, ut alias scripsimus, doctrinam ipsam ita memoriae mandarunt, ut quam facillime eam teneant et prompte recitent. Schola puerorum, de qua etiam te alias admonuimus, in dies tum in scholasticorum numero, tum in moribus et literis augetur, aliquos bonae indolis pueros in ea habemus, qui Societati nostrae adiungi maxime cupiunt; hos ita institui curamus, ac si ex Societate nostra essent.

Quadam die contigit, ut D. Franciscus extra ciuitatem nobilis et deuotam foeminam inuiseret ac consolareetur, eique eucharistiam ministraret; postque, cum loci illius ecclesiam visitasset,

¹ P. Franciscus Palmius, bononiensibus sociis praepositus.

multos in ea curatos sacerdotes, qui alterius defuncti sacerdotis exequias celebrabant, inuenit. Ei spiritus suggestus, ut inde non discederet, nisi prius sacerdotes ipsos, ut ecclesiarum suarum curam digne peragerent, adhortatus fuisset, quod ei [accidit]? non equidem absque fructu; eos itaque ad sancte digneque viuendum multis hortatus est sermonibus. Hi omnes lubenti animo et hilari fronte eum audierunt, et gratias ei egerunt, et aliqui ex ipsis familiaritatem cum illo inire uoluerunt; unde credimus multos ex ipsis exercitia faciunt, inter quos aliqui nobiles sunt. Multae sunt etiam virgines, quibus ut religionem ingredierentur, suasimus, quod aliquae iam fecerunt, aliae ad ipsum summopere optant.

De frequenti communione hoc sibi persuadeat [P. V.] uelim, multos esse, qui frequentius communicant. Hi in uirtutibus ita proficiunt, ut et admirationi et exemplo aliis sint: his in dies permulti adiunguntur. Multi sacerdotes curati, tum in ciuitate, tum extra ipsam, suasu nostro omnibus festis in suis ecclesiis communicant.

Scholastici nostri non segniter literis insudant; hi enim dies noctesque in literis ita consumunt, ut rem Deo gratissimam, si bene studuerint, se fecisse arbitrentur; sciunt enim quantum fructus et vtilitatis literarum ornamenta reipublicae christianaee adferant.

Haec itaque sunt, Pater obseruande, de quibus commonendum te nunc fore existimaui. Multa essent, quae possemus scribere; sed pauca haec, quae maiora esse iudicauimus, ex ipsis excerpsimus. Vale, Pater, et tuis nos Deo iugiter sanctis commendata orationibus. Bonon. viii idus Septembbris 1550.

1290

SOCII VENETIIS DEGENTES

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

VENETIIS I OCTOBRIS 1550¹.

Incunabula collegii veneti.—Locus sociis designatus.—Opera proximis
navata.—Domestica litterarum studia.—Societatis candidatus.

Jhs.[†]

Rde. in Xpo. Pater. Gratia et pax domini nostri Jesu Christi maneat semper nobiscum. Amen. Quoniam, sicut a T. P. nobis iniunctum fuit, nondum ea, quae hic hactenus potissima contigerunt, quarto quoque mense perscrpsimus; nunc, vt obedientiae, quantum in nobis est, satisfaciamus, fortasse non ab re fuerit ea omnia breuiter explicare, quae a nostro Venetas aduentu per Patres Societatis, Xpo. fauente, gesta sunt. Ab ipso igitur principio auspicemur.

Cum, exacto iam mense Martio, Venetas, accersiti et a T. P. missi, peruenissemus, optatos diu expectatosque vir, et natalium claritate et xpiana. pietate insignis, Andreas Lipomanus, prior sanctissimae Trinitatis dignissimus, benigne et gratulabunde nos excepit, ac primis quidem diebus apud se domi tenuit. Postea nobis partem aedium Pietatis, quae domui ipsius proximae sunt, una cum ecclesia, quae diuae Mariae de Humilitate dicata est, assignauit². Quae quidem habitatio, ut in hac urbe degitur, sane incommoda non est, praesertim si eius situm respicias. Nam in extremo ciuitatis loco, eoque non omnino incelebri, posita, spectat inter orientem et meridiem, habetque portum urbis aduersum, ita ut quam longissime ex ea liber in mare prospectus pateat; vbi cum ea, quae ad uitiae usum pertinent, idem Rdus. prior, pro reddituum mediocritate, satis abunde suppeditaret, P. Nicolaus Gaudanus, a T. P. nobis praefectus, statuit aliquid ex sacris literis in ecclesia publice interpraetari. Verum cum huic consilio multa obstare impedimenta uiderentur, coepit alia

¹ Ex adversariis in vol. *Epist. diversorum*, dupli folio, n. 22.

² POLANCO, t. II, pag. 61, n. 136.

ratione in uinea Domini laborare, et audiendis confessionibus, subministrandoque eucharistiae sacramento se gnauiter exercere et operari, prout Dominus dabat. Qui tamen pro sua bonitate confitentium numerum in dies magis magisque adauxit, ita ut tum xxx, tum xxxx, aliquando l, diebus etiam solennibus lxxx homines confiterentur; in quibus complures extiterunt, qui totius anteactae uitae peccata confessi fuerint. Quod sane non exiguum fortasse uidebitur, si ab uno tantummodo Xpi. operario praestitum cogitetur.

Idem P. Nicolaus Gaudanus, si quando messis in ecclesia de- erat, consueuerat aliquos egenos et aegrotos inuisere, eosque con- fitentes peccata sua audire, et moerentes consolari atque ad patientiam exercendam adhortari. Conterraneos quoque suos, quorum maximus est in hac urbe numerus, conuenire, et ad confessionem pellicum, solitus erat. Post uero ipsius hinc in Germaniam discessum, Rdus P. Andreas, ferrariensis¹, haec eadem diligenter accurateque, X.^o aspirante, praestitit.

Quod autem domestica literarum studia spectat, cum ob quo- rūdam fratrum aduersam ualetudinem, quae ceterorum firmam, occupatam circa curam sui detinebat, tum etiam propter occu- pationes et incommoda huius noui collegii, hactenus utrumque cum iis actum est. Illud tamen negari non potest, quin ualde incaluerint nuper, cum et domesticis incommoditatibus mederi coepit Rdus. prior, et Rdus. P. Caesar Helmius, una cum qua- tuor aliis fratribus adolescentibus huc Roma a T. P., rogatu eiusdem prioris, missus, aduenit. Cuius solertia, opera, cura diligentiaque in docendo animos fratrum, et quos hic reperit, et quos secum proximis diebus adduxit incolumes, excitauit atque inflammauit. Quae quidem res in spem magni fructus, Christo Domino iuuante, nos uocat, maiorem etiam atque ubiorem multo futurum confidimus in spiritualibus, cum Rdus. P. An- drreas Frusius (qui in magna est expectatione) huc designatus peruererit.

Venit ad nos nudius tertius forte quidam ciuis venetus, ordi- nis (ut puto) senatorii, hac gratia, ut aedes nostras uiseret. Qui cum perbenigne et honorifice fuisse intromissus, totamque do-

¹ P. Andreas Galvanellus.

mum spectasset, rogare coepit, ecqui praesbiteri, quiue religiosi hic essent. Responsum est, Societatis Jesu. Tum ille, haec, inquit, est religio et hic locus, quem N., amicus meus, quaerit. Hunc autem aiebat esse quemdam alium ciuem, fortunae corporis atque animi bonis praepollentem, hominem celibem et uitiae spiritualis studiosum, cui in animo esset religiosam uitam agere, et suas fortunas ei religioni donare ac relinquere, cui se addixisset. Et cum deinde quaereret qua ratione hoc negotium transigi posset, responsum tulit non esse hoc in nostra manu, sed agendum esse cum praeposito generali ipsius Societatis, et cum priore sanctissimae Trinitatis, qui nobis hanc domum habitandam assignauerit: eum esse ex gente lipomanorum. Quo ille auditu nomine, concepit spem se omnino negotium amice confecturum, quippe quem propinquos prioris, familiares habeat.

Haec sunt, Pater admodum Rde., quae ad T. P. propter aedificationem perscribenda censuimus. Dignetur dominus Jesus haec, quae incepit, sic augere, ut quam maximus ad ipsius oves fructus perueniat. Venetiis kalend. Octobris 1550.

1291

CIVES PARMENSES

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PARMA 26 OCTOBRIS 1550¹.

Joannem Btam. Viola ad se mitti cives parmenses deprecantur.



Molto Rdo. M. don Ignatio. Se le opere esteriori di V. R. nel seruigio di Dio sono correspondenti alla bellezza et integrità del spirito interiore, e in generale rendono piacere e consolazione a tutti i populi cristiani, quanto maggiormente deue pensar la R. V. che in particolare siano grata et accette a quelle persone, le quali col mezzo de suoi buoni e salutiferi esempli nella via del Signore si sforzano, non solamente di guadagnarsi la propria salute, ma ancora, imitando lei, di procurare con ogni

¹ Ex originali in vol. *Epist. diversorum*, dupli folio, n. 23, prius 41, 42.

pietoso consiglio e sollecite esortationi, perchè anco ciascuno altro suo prossimo, insieme con loro, camini per la istessa strada del cielo? Ma conciosiachè, tra le altre città di Lombardia, in questa nostra di Parma vi siano non poche persone ch' alla R. V. portino somma benevolentia et affettione, e giudichino grandemente conuenirsi all' honore et alla gloria di Dio, ch' è il primo nostro oggetto, e insieme, insieme alla salute delle anime peccatrici, che, doue non è lei presente con gli suoi benedetti e fruttiferi documenti, almeno vi sia vno de suoi fratelli sacerdoti per pasper di continouo i cuori famelici del verbo di Dio, e per inuitar tutto il populo alle opere pie e di salute, e in particolare per confirmare et accendere tanto più noi altri, che scriuemmo, detitissimi alla R. V.; habbiamo, così inspirati dal Signore, deliberato di hauer noi medesimi ricorso da lei, per significarli così familiarmente lurgente bisogno di questa città, et il desiderio grande che haressimo tutti di hauer qui, sicome già hauuto habbiamo, vno di cotesti suoi sacerdoti, il quale fusse persona, non manco onoreuole et affectionata a questa patria, che sofficiente nella dottrina et animaestramenti nelle opere spirituali.

Ma perchè (a significare a V. R. la pura verità) con la lunga experientia delle cose passate nessuna persona al presente ci para più al proposito che il Rdo. M. don Battista, nostro parmigiano¹, sì per le ottime qualità sue, sì per esser della patria, e spetialmente a tutto questo populo grata la vita, le actioni, e tutti gli progressi suoi, veramente tutti tendenti a vn fine per la gloria del Signore e per la salute dele anime; noi preghiamo e supplichiamo la R. V. nelle viscere di Jesù Christo, che si degni di dar a noi altri questa consolatione, che lo vediamo in breue ritornato di qua ad affaticarsi insieme con noi altri, al presente quasi smarriti e derelitti nella vigna del Signore, et a coglier al tempo suo quei santi frutti, che dallo aiuto e bontà del Spirito santo saranno produtti.

¹ Joannes Bta. Viola, cuius ingressum in Societatem anno 1539 narrat POLANCO, t. I, pag. 82, n. 12. Eumdem ab Ignatio parisiensibus sociis praefici, quo tempore parmenses cives illum ad se revocabant, scimus ex POLANCO, t. II, pag. 87-94, n. 206-222; PRAT, *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet*, pag. 565.

Ma quando le giuste preghere nostre non fussino (che non crediamo) possenti ad impetrar da lei vna così honesta gratia, non sia almeno la R. V. dura alla estrema necessità, anzi al pungente sperone di queste nostre pouere e misere conuertite, le quali con l' esser state abbandonate da M. don Battista, e poi, con l' absentia et aiuto suo perduto, da quasi tutta la città, sono così fattamente ridutte, che poco più che indugi il necessario soccorso di quelle, noi dubitiamo, non solo della rouina di quelle anime, veramente insino a qui patientissime e guadagnate al Signore, ma etiandio (che più ci affligge) del gran scandalo che in estrema desperatione facilmente potria seguire. E questo saria perchè, sicome alle pouerelle con la presentia e con la sollecitudine et officij grandi di M. don Battista veniuva pur somministrato il suo bisogno, così, priue di lui, sono rimaste in nessuna o pochissima memoria delle gente; e questo non già per colpa di loro, nè per suoi sinistri portamenti, che quiui non potria vedersi nè più santimonia, nè più feroor di Dio, nè più patientia in tolerare tanta pouertà; ma sì bene per esser cessate le continoue predicationi e le affocate esorttatione e prieghi di M. don Battista, il quale con l' aiuto del Signor pareua che piegasse ogni empio et auaro cuore a deuotione et elimosina. Però hora, che la R. V. intende la gran necessità et il pericolo euidente di queste meschinelle, et in sua mano è collocato l' aiuto et il rimedio, per l' amor di Dio non sia difficile nè lenta a prouederui; che, oltre al seruigio e la gloria del Signore che ne resulta, et il restituir quasi la vita a queste donne, morte di fame, vi sarà ancora vna soprema consolatione nostra, anzi vno vniuersal contento di tutta questa città. Il signor Iddio inspiri la R. V. a farlo, e le conceda lunga vita et ogni prosperità spirituale, alla cui desideratissima gratia tutti noi ci raccomandiamo senza fine¹. Di Parma agli 26 di Ottobre 1550.

ANTONIUS HERMUS, jurisconsultus.

PIER ANTONIO PALMA.

MAD.^a ORSINA PENAZA.

LA CAUALERA DAL MONTE.
BARBERA SCUFONE.

HISABELLA TAGLIAFONA.

CHIARA GALMA.

¹ Ignatii responsum ad has litteras afferunt *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 456 et 321.

JACOPPA PALL. ^{NA}	D. ^A SCI-	ANGILO GARIMPRETO, jure-
PIONE.		consulto.
AMPHRONO DE ROSSI,	jure-	Io: BAPTISTA DE SUCCIIS, co-
consulto.		mes et eques.
AMBROSIO ZANDIN. ^A		HIPPOLITA DE ROSSI.
FRANCESCO ROSSO.		DARIA ROSSA DI BORRA.
JULIO DI PERUSINI.		BARBARA ZANDIN. ^A
DON SIMON DE GUGLIELMI.		LAURA ROSSA DI ROSSO.
LUCAS CERATUS, PARMAE		MARIA ANDRIOZZA, DITA DA
ARCHIPRESBYTER INDIGNUS.		CASSIA.
BERNARDINO BERGONZI.		CAMILLA GIRARDUCIA.
ARMANO LOSEO, cau. ^{re} di san		LAURA LOSCA.
Jacobo.		Gio: BAPTISTA ANSELMINO.
DIOMEDO DELI VERRII.		GIUAN LINA.
Gio: FRANCESCO ANSELMINO.		HIERONIMO CAUALCHA.
PIER' AGNOLO COCADNO.		FRANCESCO DA SERRA.

Inscriptio: Al molto Rdo. M., don Ignatio, nostro osseruan-
dissimo, a Roma. *Sigilli vestigia.*

1292

AEGIDIUS FOSCARARI

EPISCOPUS MUTINENSIS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

MUTINA 8 NOVEMBRIS 1550 ^{1.}

Gratias Ignatio agit de concesso sibi et mutinensibus Silvestro Landini.

Molto Rdo. Padre M.^{ro}, mio osseruandissimo. La grandezza del fauor' che m' ha fatto N. S. Dio per meglio di V. S. in concedermi il santissimo et virtuosissimo don Siluestro, mi pare la maggiore ch' habbia conseguito in uita mia, et consequentemente ne remango obligatissimo a V. S., attestandoli, che la pietà et bontà d'il detto Padre è miracolosa: gli effetti ch' il signor Dio fa per lui, sono magiori di quello che si possa pensare da qualunque. Sia benedetto nostro signor Dio, et infinita-

¹ Ex originali in vol. *Epist. episcoporum*, dupli folio, n. 99, prius 182, 183, antiquitus 37.

mente ringratia to la bontà vostra¹. La prego a esser' certa, che desidero summamente d' esser' grato a V. S. d' un' tanto beneficio; et senza dirli altro, humilmente raccomandandomi alle sue sante orationi, li bascio le mani. Di Modona alli 8 di Nouembre M. D. L. Di V. S. R. deuotissimo seruitor,

IL VESCOVO DI MODONA².

Inscriptio: Al molto Rdo. Padre, M.^{ro} Egnatio Loyola, della Compagnia de Gesù — — — osservandissimo. Roma, a Sto. Marco.

1293

URBANUS FERNANDES

SOCIIS BARCINONE DEGENTIBUS

CONIMBRICA 18 DECEMBRIS 1550³.

Florianus Rolis a Varsovia, deceptor insignis, vir optimus et unus e Societate creditus, magnopere commendatur.

†
Jesus.

Pax Dei, gratia domini nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen. Noluimus committere, fratres charissimi, quin literas ad vos per hunc nobilissimum virum daremus, vt nobiscum pariter gratias Deo opt. max. ageretis, quanto maioribus beneficiis auditis in dies nostram Societatem ab eo cumulari; cum taleis ad nos mittit viros, qui insigni pietate, uitae innocentia, et rara doctrina praestantes, nostram vehementer promouent Societatem. Accessit etiam voluntas Patris nostri Ignatii, qui voluit eum omnibus domibus et collegiis nostris esse quam commendatissimum⁴.

Reddimus ergo ei apud vos testimonium summae pietatis,

¹ Cf. *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 718, annot. 2.

² Vide paulo post, epist. 1298.

³ Ex originali in vol. *Epist. episcoporum*, unico folio, n. 101, prius 185.

⁴ Erat hic sagacissimus mendaciorum artifex, cui nomen, si fides ipsi adhibenda est, Florianus Rolis a Varsovia. Nostros insigniter suis fabulis decepserat, ut patet ex POLANCO, t. II, pag. 15 et 16, n. 29, et pag. 354, n. 388. Videantur *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 522.

summae doctrinae et humilitatis. Et cum sit ex principum familia, et apud multos reges et principes plurimuna valeret gratia et auctoritate, maluit, omnibus renunciatis, totum se Christo consecrare, et vnum ex Societate nostra esse.

Extruxit nobis collegium magnificentissimum et prouentibus occurrit. Apud Galliarum regem collegium nobis Parisiis impestrauit, et nunc rex eius in gratiam eius tria Societati collegia extruere pollicitus est¹.

Interim multa perpessus est, tum a suis, tum Romae a cardinalibus et principibus, tum hic apud nos: variis infirmitatibus exercuit eum Dominus. Maiorem ergo in modum vobis eum commendamus, ut tanquam fratrem, et qui totus noster est, eum suscipiatis, et in omnibus vestra opera illi adsitis et benevolentia. Quod si adhuc quartana laborauerit, nulla ratione permittatis, ut se mari committat, nam id quoque P. Ignatius vetuit. Reliqua ipse vobis referet. Fratres omnes vos salutant in Domino. Valete, fratres, multum. Coinbriæ xviii Decembris 1550. Ex patrum commissione. Seruus in Domino,

V R B A N U S .

Inscriptio: Para los Hermanos de Barcelona. *Alia manu:* Creo que sea sobre un Floriano Siluio, truffador que fué en Portugal.

1294

MAURICIUS VON HUTTEN

EPISCOPUS EYSTETTENSIS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

AUGUSTA VINDELICORUM 5 JANUARII 1551².

Praemissa laudatione Patrum Jaii, Salmeronis et Canisii, Ignatium rogat, ut ad ingolstadiense gymnasium instituendum, morte Gulielmi ducis interceptum, opem conferat et auxilium.

Equidem, Rde. Pater, saepenumero mecum perpendo quantum tibi atque ordinis tui fratribus, cum alii plurimi, tum vero

¹ Haec omnia mendacissimus homo confinxerat, ut credulos nimis sodales fallaciis suis, quod mirum sane videtur, deciperet.

² Ex originali in vol. *Epist. episcoporum*, dupli folio, n. 103, prius 188, 189, antiquitus 393, 394.

academia ingolstattensis debeat. Illi quidem, propterea quod hac tempestate, quando charitas refriguit et plaeque magis sua, quam ea quae Christi sunt, quaerunt, vos diuinitus quasi excitati exemplo praefulgetis, et vestra continentia, integritate atque doctrina, quae in ecclesiam Christi irrepserunt vitia, non tam accusatis, quam emendare sedulo satagit, vos totos gratis impendentes, ut quamplurimos Christo lucrificatis; haec autem eam ob causam, quod anno abhinc proximo tres, integritate spectatos et doctrina excellentes viros, Claudium Jaium, Alphonsum Salmeronem, et Petrum Canisium, sacrae theologiae doctores, ex Societate vestra, pontifice summo annuente, sortita est. Ac cum haec vtraque, ut debui, semper fecerim plurimi, intermittere non potui, quin id tandem literis etiam declararem et singularem meam erga vos benevolentiam amoremque testificarer, vt tu, et ordinis tui progressum et gratitudinem nostram perspiciens, aliquem in illo fructum iucunditatis haberes, neque desisteres academiae isti, quantum posses, porro etiam consulere¹.

Etsi autem perincommode, meque inuitio et sedulo renitente, factum est, ut priores duo Ingolstadio iterum discederent, e spe collegii theologicici bene instituendi auocati, praesertim vero Claudio, per quem vel solum hoc fieri poterat; tamen, quia tertius relictus, et in duorum locum alias theologus, Nicolaus Gaudanus, doctrina et integritate non inferior, vna cum docto quodam, Mtro. Pannonio, quos ego ambos plurimum diligo et commendatissimos habebo, ex Societate vestra isthuc ablegatus est; eo plus tibi debemus, quo maiori commoditate instaurandi theologiae studia vniuersitas illa ex priorum discessu priuata esse videbatur. Neque iam dubitamus quin horum et cumprimis Claudi (si modo in hac prouincia morabitur diutius) opera di-

¹ Tanta cum laude suo quisque munere functus est, ut academia hoc perhiberet testimonium, quod typis editum ac valvis affixum est: «Nuper quantam laetitiam ceperimus omnes ex adventu trium Theologorum, Claudi Jaij, Alphonsi Salmeronis, et Petri Canisii, vix dici potest. Quorum praesentia non solum famam de ipsis excitatam non minuit, verum etiam auget. Quorum singularis in Sacrosanctis studiis scientia, tum in omnibus disciplinis exercitatio, postremo sanctimonia vitac exspectationem omnium, eamque maximam, non solum aequat, verum etiam superat.» Apud AGRICOLA, *Hist. Prov. German. Super.* Decada prima, n. 167.

ctum collegium, quod hactenus propter obitum piae memoriae Illmi. principis Guilielmi, ducis Bauariae etc. et succendentis filii eius, Illmi. principis Alberti, domini mei, honorifice amandi, plurimas et grauissimas occupationes, quibus in confirmanda ducatus administratione distentus fuit, erigi non potuit, mature tandem constitui queat, dummodo in retinendis duobus praedictis viris, et colligenda reliqua triennali decima, academiae illi concessa, pontificia non defuerit clementia atque authoritas et studium tuum¹. Etenim in hoc conficienda rei propositae emolumenta potissime sita erunt. Quamquam enim prima decima superiori anno satis quidem diligenter, sed non satis conuenienter, collecta, salua adhuc atque integra sit, illa tamen propter temporum malignitatem, partim etiam malevolentiam quorundam hominum, et praeposterum colligendi usurpatum modum, expectationem fecellit, neque institutioni tantae respondit. Quae omnia in posterum suppleri possent, et melius prouideri deberent.

Feceris ergo in hoc quoque pro tua erga iuuanda pia studia constanti voluntate, si negocium illud sedulo et diligenter promoueris, et ne talibus viris in academia ingolstattensi destituarum, operam dederis: neque poteris hoc tempore, quando spes omnis idoneorum ministrorum ecclesiae in tali collegio consistit, plus prodesse aut gratificari his nostris regionibus. Atque ut ita facias, abs te valde peto. Juueris hoc modo etiam laudatissimi principis, praedicti ducis Alberti etc., egregios conatus et singulare desiderium erga hoc studium exornandum. Cum enim ibidem pie et diligenter institutus atque edoctus sit, itaque affectus erga idem, ut in nutricem fidelem pius alumnus esse debet, nihil certe maluerit, quam studia pietatis in hoc potissimum loco

¹ «Primum Collegium, de cuius fundatione in Germania agitatum fuit, Ingolstadiense est, quamquam, praepedita consilii hujus execuzione, alia dein ante Anglipolitanum in Austria Bohemiaque fuerint erecta. Intervenit haec remora ex immatura Guilielmi simul et Ekii morte. Obiit Guilielmus anno saeculi Jubilaeo, seu quinquagesimo, die Martii sexto... Paucis post diebus Principem secutus est magnus ille aulae bauaricae minister, Leonardus Ekius... Porro Ekius quoque Societatem amavit tenerime. Hanc ut Mauritio... Antistiti, sibi commendatam habere pergeret, supremis fere, quas scripsérat, literis rogavit.» AGRICOLA, *l. c.*, n. 171-174.

instaurari, neque quicquam gratius habebit, quam se in eo adiuvari. Sed et a nobis omnibus opera dabitur, ut quam tu in hanc rem impenderis diligentiam, non male aut in ingratos positam esse intelligas¹. Quod superest, Deum precor, ut te in hoc noui anni auspicio et quam diutissime in columem et foelicem conseruet. Dat. Augustae Vindelicorum pridie Epiphanias Domini, anno M. D. LI.,

MAURICIUS, Episcopus Aeystensis.

Inscriptio: Rdo. Patri et doctissimo viro, Ignatio de Loyola, Societatis nominis Jesu praeposito generali, Romae, amico suo sinceriter dilecto.

1295

MAGISTRATUS GERUNDENSES

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

GERUNDA 15 JANUARII 1551².

Virum e Societate, eumdemque concionatorem, ad se mitti postulant.



Molt Rnd. y magnífich señor. Encara que totas las cosas consernints al bon regiment de aquesta república, al qual, iatsia insufficients, presidim, desijan poder encaminar; aquellas empero mes viuament tenim al cor, que mes directament tocan á la honra diuina y maior vtilitat de las ánimas.

Poch ha som stats informats de la gran misericordia que lo Señor a la sua vinya ha feta, enuant nous cultiuadors per acultuar aquella, instituint per aquest efecte la noua Companya y religió, que per medi de V. P. ha instituida; cosa de la cual no sols los christians, pero tot lo vniuers deu molt alegrarse y ab gran jubilació regraciar molt al Señor, pus ses volgut recordar

¹ Rescripsit his litteris Ignatius, 23 Februarii 1551: responsum habes in *Cartas*, t. II, pag. 451 et 301. Vide etiam quas idem Jaio dedit, *ibid.*, pag. 452 et 303.—De ipso vero Mauritio, episcopo eystettensi, atque ingolstadiensis academie cancellario, alibi haud semel egimus. POLANCO, t. V, pag. 260, n. 728, annot. 2; t. VI, pag. 398, n. 1701, 1702.

² Ex originali in vol. *Epist. communitatuum*, dupli folio, n. 10, prius 373.

y apiadar del mon, no manco en nostra temporada desuiat y perduto, que en lo temps que enuiaua profetes y los instituidors de las religions. Gran obligació té lo mon en acceptar la noua lum que lo Señor li enuía, no sols per la gran seguedat que deu conexer que té, pus li enuén lum, pero per trobarse també a la onzena hora del dia, vehent que lo dia sta ia per acabarse.

Y axí, conexent clarament nosaltres la molta necessitat questa nostra ciutat té de vna poca desta lum, supplicam a V. P., al qual lo Señor ha fet distribuidor o comunicador desta sua lum, tinga per be de fernos charitat de enuiar a sta ciutat vn predicator de la sua Companyía, á la qual tenim sperances, migensant la gracia diuina, que ha de fer no manco fruyt, tant en cosas de letras com de sperit, com en ninguna altre ciutat se hage fet, per esser la terra ben prouehida de totas vituuallas, y la ciutat poch viciosa, y la gent algúntant moguda, que parsenten ja alguna sentilla del foch que lo Señor enuía. Y perçó no dexe V. R. P. fer obra tan pía, la qual li reputarén a gracia y mercé spiritual, supplicant al Señor, que á V. R. P. conserue per molt temps y a son seruey, com desige. De Gerona a xv de Janer any M. D. Lj. A la ordinació de V. R. P. appallats,

LOS JURATS DE GERONA¹.

Inscriptio: + Al molt Rnd. y magnifich — — — Ignatio — — — en sacra theo — — — ral de la Com — — — Jesus.

¹ Ad rem POLANCO, t. II, pag. 313, n. 295: «Geronam, quae Catalauiae civitas est, et per litteras aliquem de Societate postulaverat, [P. Antonius Araoz] eum [sc. P. Franciscum de Estrada] misit... Perveniens igitur Geronam, ut jurati magistratus P. Ignatio scripserunt, bis quotidie concionari magna cum charitate et aedificatione tam Episcopi quam totius civitatis coepit... Qui [Estrada] cum vellet Gerona recedere, Episcopus cum quodam ex rectoribus urbis ad eum venientes, aliquot dies ut ibidem remaneret impetraverunt; et cum magno proventu spiritualis fructus inde receperit, Barcinonam... perrexit.» Videantur *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 521 ac 565, quo in postremo loco gerundensium vota, gymnasium Societatis expertentium, significantur; de qua re agit etiam POLANCO, t. II, pag. 667, n. 562.

1296

ALPHONSI NUNES BARRETO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

[EX SANCTO FELICE] 28 JANUARII 1551¹.

Ad fovendam inter fratres charitatem pia commercia institui.—Oppidanis christiana doctrina traditur.

Jhus.[†]

Pax Christi. Reuerende in Christo Pater. Quoniam superioribus literis longior fui, in his magis breuitati studebo, nec singula quaeque persequi conabor, quae tibi ex aliis literis satis manifesta esse possunt. Illud scias, fratres, qui hic² agunt, omnes in iis, quae alias scripsi, exercitationibus persistere, eademque diligentia virtutum et literarum studio operam dare. Audiunt modo secundum librum physicorum Aristotelis: speramus cursum artium in mense Nouembri uenturo absoluendum.

Habemus iam nobiscum satis expectatum Patrem Emanoel Godinum, qui nouem tantum dies Conimbriae moratus (quo ad conferendum de aliquibus negotiis, quae ad hoc monasterium spectant, fuerat profectus), non diutius gregem suum absque pastore esse passus est. Venit itaque, nec uacuus tamen; vincula enim quaedam, quae in itinere parauerat, quibus nos mutuo secumque ligaret, asportauit. Nam prima statim die dominica, qua de more conuenimus, dixit se, dum ad nos iter faceret, magnopere desiderasse, ut communis illa charitas, quam inter fratres nouerat, ita fixa inter nos, quos hic coniunxit, permaneret, ut nullis unquam locorum interuallis, nullae locorum uarietate frangeretur minueretur; simulque sibi in mentem uenisse ad id non parum profuturum, si quisque caeteros suorum meritorum faceret partim participes, quo meritorum communio communem faceret animi charitatem. Id omnes libenter

¹ Ex autographo in vol. *Epist. diversorum*, unico folio, n. 25, prius 490.

² Intellige abbatiam Sti. Felicis (*San Fins*), de quo loco agit POLANCO, t. II, pag. 133, n. 320 et pag. 372, n. 420. Videantur etiam *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 405 et pag. 435.

amplexi sunt, dum quisque lucrari se putat. Quare huiusmodi ab omnibus pactum initum est, et deinde ad templum pergentes, ipsum a domino Jesu Christo confirmari postularunt. Postea inter se, consensu tamen Patris Emanoelis Godini, etiam id addiderunt, ut cum certi quidam ex ipsis pro reliquis sanctissimum sacramentum bini aut terni (modo, quo iam scripsi) singulis hebdomadis diebus sumerent, peculiarem de hac re apud Deum facerent mentionem, et ita in hoc perseuerarent, ut, habitu acquisito, etiam facti aliquando sacerdotes, eisdem diebus, si res pateretur, pro se inuicem sacrum facerent, ut, quacumque dispersi essent, qualibet die, non solum meritorum communio, sed et preces, quas pro se tunc a certis fratribus effundi scirent, ipsos in quibuscumque laboribus aut periculis solarentur, et fiduciam apud Deum adderent.

Persistitur adhuc in inculcanda pueris doctrina christiana non sine magna omnium aedificatione, et homines aetate prouectiores pueros in canendis Domini praexceptis imitantur. Unum id maxime admirantur omnes, quod, cum populus hic nullo omnino iuramentorum generi parceret, et omnis eius sermo per magnis iuramentis, ne dicam blasphemis, esset permixtus, nunc raro, admodum iurare comperiantur, de his dico praesertim, qui huius parochiae sunt.

Dominus noster Jesus Christus semper in pectore tuo residat, ut inde, te quasi intermedio et instrumentum agente, nos regat et gubernet, et in suum obsequium dirigat. Quaesumus nobis benedicas et nostri memineris apud Deum, sine quo multa uelle continget, nulla autem perficere licebit. Quinto calend Februarii 1551. Omnia minimus et inutilis filius tuus,

ALFONSUS BARRETO.

Inscriptio: † Ao muito Rdo. Padre noso em Christo noso Senhor, o Padre mestre Ignatio, praeposito geral da Companhia de Jesu. Em Roma.

1297

JOANNES BERNARDUS DIAZ DE LUGO

EPISCOPUS CALAGURRITANUS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

TRIDENTO 31 JANUARII 1551^{1.}

Ad instituendum, sibi commissum, gregem aliquem e Societate hominem
mitti enixe postulat, qui propriam cantabrorum linguam scite calleat.—
Se ac dioecesim suam Ignatio valde commendat.



Rdo. Señor. Yo creo bien que V. m. no tiene olvidadas las
ánimas de su naturaleza; pues entre las otras de todo el mundo
(de cuya saluación tiene mucho deseo) tienen estas particular
razón para que V. m. se acuerde de ellas, mayormente estando
tan yinformado, como está, de la gran necesidad que en aque-
lla tierra ay de doctrina, y de la imposibilidad que ay para que
allí se pueda plantar, sino por personas naturales de la misma
lengua, y de la falta de ecclesiásticos vascongados que puedan
y quieran aplicarse á predicar por aquella tierra. Y aunque yo
tengo todo esto por cierto, por lo que en ello me va no puedo
dexar de tornar á encomendar á V. m. que, por amor de nues-
tro Señor, no pierda el cuidado de hazerles bien, mientras viue
y puede, que yo spero en él que dará alguna oportunidad
cómo V. m. les pueda socorrer y aprouechar, specialmente si en
sus oraciones lo supplica á nuestro Señor, como paresce que es
razón que lo haga, pues no ay en el mundo prouincia á quien
sea tan obligado; y es cosa justa que ganen aquellas ánimas en
auer nuestro Señor criado en sus tiempos vn varón de tanta
charidad y zelo, natural de la misma tierra^{2.} Y porque yo creo
que para V. m. no es menester hazer más instancia, y me

¹ Ex originali in vol. *Epist. episcoporum*, dupli folio, n. 104, prius 190, 191, antiquitus 294.

² In eudem sensum jam pridem scripserat Ignatio ipse calagurritanus
antistes, in cuius dioecesi plura erant oppida, quae antiquissima cantabro-
rum lingua utebantur. *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 210.—De cl. viro, hujusce
epistolae auctore, agunt etiam *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 245,
annot. 2.

paresce que cumulo de mi parte con esto por la obligación que tengo, no le quiero más importunar en esta materia. Solamente le pido por special merced, que me haga participante de sus sacrificios y oraciones, porque tengo mucha necessidad del fauor diuino. Nuestro Señor por largos tiempos prospere la vida de V. m. con augmento de gracia para su seruicio y bien de las ánimas. De Trento vltimo de Enero 1551. A todo lo que V. m. mandare,

EPISCOPUS CALAGURRITANUS.

Inscriptio: † Al Rdo. señor, el señor maestro Ignacio de Loyola. En Roma.

1298

AEGIDIUS FOSCARARI

EPISCOPUS MUTINENSIS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

MUTINA 7 FEBRUARII 1551¹.

Gratias iterum Ignatio agit, propterea quod P. Landinum miserit ad excolumnam dioecesim mutinensem.—Ejus ex vita ac laboribus magnum fructum perceptum esse, majorem exspectari, dicit. Rogat ne inde discedere Landinus jubeatur.

Molto Rdo. Padre don Ignatio, mio osseruandissimo. Non posso fare di non rengratiarui di nuouo di quel gran beneficio ch' ella si dignò di farmi in concedermi per coadiutore il Rdo. Padre don Siluestro², dal qual questo popolo n' ha receuuto et receue ogni giorno tanto utile et commodo spirituale, che da S. Geminiano in qua non è forsi stato da chi n' habbia receuuto più³.

¹ Ex originali in vol. *Epist. episcoporum*, dupli folio, n. 105, prius 192, 193, antiquitus 283.

² P. Silvester Landini.—Videantur *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 501.

³ Usus est hac epistola POLANCO, t. II, pag. 195, n. 70, qui eam in hunc modum latinitate donavit, illustravitque: «Hujus anni initio Mutinae P. Sylvester Landinus versabatur, quamvis ad loca mutinensis dioecesis juvanda etiam excurrebat. Quam utilem operam et illi civitati impenderit ac ejus dioecesi, facile ex verbis Episcopi colligi potest, qui, cum 7.^a Februarii P. Ignatio gratias ageret quod ei P. Silvestrum coadjutorem dedisset, affir-

La rengratio di nuouo¹, perchè ogni hora per opera sua nascano marauigiosissimi frutti spirituali, et se ne sperano anchora maggiori, perseuerando sua paternità nell' affaticarsi in questa mal coltiuata uigna. Et se bene mi confido tanto nella bontà di V. R., che non patirebbe così gran danno di questa chiesa, come sarebbe priuarla del Padre don Siluestro, nondimeno, astretto dal mio grandissimo bisogno et dalla rarissima bontà sua, deuotamente la supplico che lo uoglia confermare per guida di queste smarite pecorelle, et reponer' anchora me nel numero di suoi affectionati et discipoli, perchè d' amore et reuerentia non cedo a nesuno. La gratia et la pace del santissimo nostro redentore perseueri perpetuamente. Di Modona alli viij di Febraro 1551. Di V. R. come figliolo,

IL VESCOOUO DI MODONA.

Inscriptio: Al molto Rdo. Padre, don Ignatio Loyola, preposito dignissimo della Compagnia de Gesù, suo osservandissimo. Roma.

1299

ALPHONSUS NUNES BARRETO

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

[EX SANCTO FELICE] 30 APRILIS [1551]².

Acta in proximorum institutionem commemorantur.—Pueri doctrina christiana imbuuntur.—Oppida vicina lustrantur.—Socii ad Sanctum Felicem vires recuperant.

Jhs.[†]

Reverende in Christo Pater. Gratia et amor Christi adsit semper nobis. Amen.

mat populum illum accepisse et in dies accipere tantum utilitatis ac commodi spiritualis, ut post Sanctum Geminianum, ut utar ejus verbis (is autem fuit Episcopus Mutinensis tempore magni Leonis Pontificis), ab alio amplius numquam acceperit; unde rogabat obnixe ut gregi mutinensi ductorem ne auferret.»

¹ Priores litteras, quibus Foscarari Ignatio gratias agebat, edidimus supra, n. 1292.

² Ex autographo in vol. *Litt. Quadr.*, 1547-1552, duplice folio, n. 156 et 157, prius 231.—Non designatur in epistola annus, quo scripta est, atta-

Superiori mense scripsi de fructu qui, favente Deo, ex fratum exhortationibus et zelo subsecutus sit, ad quem accessit quod missus quidam frater, nomine Gonzalus Alvarez, in oppidum quoddam, tribus milliaribus distans, ut pueros institueret doceretque Dei praecepta; non solum a pueris, quorum maxima convenit multitudo et in dies maior, sed a civibus etiam et sacerdotibus magno animi affectu excipitur. Cumque diebus dominicis, quibus solum propter litterarum studium id facere licet, vicos percurrat, pulsans tintinnabulum ut pueros in ecclesiam convocet, non solum pueri, sed cujuscumque ordinis homines laetanter templum petunt. Ubi ipse, postquam aliqua in exponendo aliquo praecepto adducit ad omnium utilitatem, pueris orationes et praeceptum saepius inculcat; praeceptum autem (quod et ab aliis fratribus fieri scripsi) etiam canere docet, quod faciendum judicarunt, tum ut puerorum animum magis allicerent, qui, saltem in hac regione, aegre admodum potuisserent aliter persuaderi ut se institui paterentur, tum quia cantibus hujusmodi postea per vicos et plateas patrum aures replent, quibus admonentur quid tenendum servandumve, quidque vitandum, si animarum suarum saluti consulere velint, et sub Christi vexillo militare. Multi alii fratres in variis ecclesiis, quae prope sunt, hoc ipsum faciunt, ex quo, praestante Deo, non parvus fructus animabus decerpitur. Nam inter alia, ad sacramentorum venerationem et usum maximopere provocantur; nec dubito quin singulis mensibus vel etiam hebdomadibus quam plurimi ad peccatorum confessionem et venerabilis Christi corporis sumptionem essent accessuri, si sacerdotum inopia aut, ut verius agam, tepiditas id pateretur. Ne vero eorum desideria omnino frustrarentur, aliqui fratres in ecclesiis, ad quas diebus dominicis pergunt, statuerunt ut singulis diebus dominicis certus hominum numerus, facta confessione, corpus Christi sumeret, quo, aliis succendentibus, revoluto aliquo temporis spatio,

men facta, quae narrat, anno 1551 contigisse, aliunde scimus. Igitur cum de illis, ut recens actis, Ignatium certiore facere suis litteris Barreto intendat, conficitur inde epistolam ex Sancto Felice, ubi sociorum colonia, moderatore Patre Godinho, versabatur, 30 Aprilis 1551 missam Ignatio fuisse.—Vide ejusdem Barreto litteras, paullo ante positas, n. 1296.

omnes tanta Dei largitione ad ipsius Dei gloriam et salutem animarum suarum fruerentur.

Missus quoque est frater quidam, nomine Marcus Georgius, in sacris canonibus mediocriter eruditus, in oppidum quoddam proximum, dictum Monzon¹, ut pueros doceat, simul et sacerdotibus summulum quamdam casuum exponat. Cum enim P. Emmanuel Godinus Bracharam adiisset, postulavit ab eo archiepiscopus bracharensis² ut eam lectionem in eo oppido sacerdotibus, tum incolis tum finitimi, ab aliquo fratre juberet exponi. Non credo parum aedificari cives, dum eum, quem sacerdotibus lectionem exponere sciunt, per vicos magna cum humilitate tintinnabulum pulsantem vident et parvulos ad dicenda ea, quae christianum scire oportet, invitantem.

Fratres aliqui ob adversam valetudinem ex conimbricensi collegio ad nos venerunt, qui facile, credo, pristinae valetudini restituentur; ipsa enim loci natura et situs ad eam recuperandam non parum facere videntur³; quod jam res ipsa indicat; multo enim melius habent, quapropter et alios ad nos venturos speramus. Dominus noster Jesus Christus regat ac protegat paternitatem tuam ac nobis obediendi gratiam praestet. Amen. Pridie calendas Maias. Indignus filius tuus,

ALPHONSI BARRETO.

¹ *Monção* et etiam *Mousão*, in dioecesi bracarensi.

² Fr. Balthasar Limpo, O. Carm. Cf. *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 491.

³ Videantur de hac re *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 405-410 et pag. 434-436, quibus confirmari etiam potest hanc epistolam anno 1551 scriptam fuisse; nam, ut ex illis constat, Barreto ad stationem Sti. Felicis concessit mense Junio anni 1550; hinc vero Eboram translatus est mense Septembri aut Octobri 1551, ineunte scilicet studiorum curriculo; *Epist. Mixtae*, t. II, pag. 619.—Igitur unicum mensem Aprilem ad Stum. Felicem traduxit, nimirum Aprilem 1551, quo epistola scripta dicitur.

1300

GULIELMUS DU PRAT

EPISCOPUS CLAROMONTANUS

PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PARISIIS 30 JUNII 1551¹.

In animum induxit episcopus opera Societatis uti ad instaurandum academiam billomensem. Quod si Ignatius illud opus accipiat, omnia ad rem necessaria se praebitum pollicetur.

